Conſilia medica, & Epitome Pulſuum: in quibus Methodus accurata cum Praxi Theorica conjungitur. Patavii, apud Gaſparem Crivellarium, 1627, in 4.

De Syrupo Roſata ſolutivo libellus. Patavii, apud Gaſparem Crivellarium, 1630, in 8.

ALEXANDER APHRODISEVS

De Febrium cauſis, & differentiis opuſculum, à Georgio Valla, *Placentino* latinitate donatum. Extat cum Symphor. Campegii libellis de Medicinæ claris ſcriptoribus, &c. Lugduni, 1506, in 8. Seorſim Baſileæ, apud Rob. Winter, 1542, in 8.

Problematum Sectiones quinque, per Georgium Vallam, Placentinum in latinum tranſlatæ. Extant cum Expoſitionibus Petri de Apono in Ariſtotelis Problemata, aliiſque. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1519, in fol. Et cum iiſdem, Georgio Merula interprete, interjectis ſparſim Scholiis vel teſtimoniis aliorum Autorum. Pariſiis, 1520, in fol. Ibidem, interprete Theodoro Gaza, 1524, in fol.

ALEXANDER ARNAVDVS

Iacobi Sylvii Commentaria, in Hippocratis Elementa: Iſagogen, in Hipp. & Gal. Phyſiologiæ Partem Anatomicam; De Menſibus Mulierum, & Hominis Generatione, diligentiſſime caſtigata Typis dedit.

ALEXANDER BENEDICTVS, *Veronenſis*

De re medica opus inſigne, & apprime Medicinæ candidatis utile, hoc ordine digeſtum. De omnium à vertice ad plantam morborum ſignis, cauſis, differentiis, judicationibus, & remediis, tam ſimplicibus, quam compoſitis, lib. xxx. De Medici & ægri officio Aphoriſmorum lib. I. De Peſtilentiæ cauſis, præſervatione, & auxiliorum materia, lib. I. Humani corporis anatome tractata lib. v. Venetiis, apud Lucam Anton. Iuntam, 1535, in fol. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1539, in 4. 1549, 1572, in fol. ex emendatione Marci Hopperi.

De Medici atque Ægri officio libellus. Extat cum Symphoriani Campegii Libellis de Medicinæ claris ſcriptoribus, &c. Lugd. 1505, in 8.

Medicinalium obſervationum rara exempla cum Remb. Dodonæi annotationibus. Extant cum ejuſdem Dodonæi obſervationibus Coloniæ, apud Maternum Cholinum, 1581, in 8, pag. 294.

Anatomice, ſive de hiſtoria corporis humani libri quinque. Adjectum eſt huic opuſculum Georgii Vallæ Placentini ejuſdem rei, ſive argumenti. Baſileæ, apud Eucharium, 1527, in 8. Argentorati, apud Ioa. Hervagium, 1528, in 8. & Pariſiis, apud Henr. Stephanum, 1514, in 4. Vtrique additis ejuſdem Collectionum medicinalium, ſeu Aphoriſmorum libro: Aphoriſmis Damaſceni: & Hippocratis Iurejurando.

De Peſtilenti febre liber. Papiæ, apud Bernardin. de Haraldis, 1516, in fol. cum Angeli Bolognini, Ioa. Almenar, Dominici Maſſarii, aliorumque operibus. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1538, in 8. una cum I. Schilleri ejuſdem argumenti libello.

ALEXANDER CARERIVS, *Patavinus*

Quæſtio, An metalla artis beneficio permutari poſſint. Patavii, apud L. P. 1579, in 4. & cum Caroli Witeſtein Diſceptatione de Quinta Chymicorum Eſſentia. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric-Petri, 1583, in 8.

ALEXANDER FONTANA, *Mutinenſis*

De Morbo Gallico quæſtiones. Extant Operis de Morbo Gallico, tomo 1, pag. 610. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1596, in fol.

ALEXANDER IVSTINIANVS, *Chio*

Ioa. Bernardi Feliciani Interpretationem in Galeni libros IX, de Hippocratis & Platonis Decretis, ad vetuſtorum exemplarium Græcorum fidem accuratiſſime caſtigavit.

ALEXANDER MASSARIAS, *Patavinus, Succeſſor Mercurialis. Vixit circa A. C.* 1580. *Renat. Moreau de V. S. in Pleurit.*

Opera Medica: quibus methodus ac ratio cognoſcendi & curandi totius humani corporis morbos, ad nativam genuinamque Hippocratis & Galeni mentem vere optimeque inſtituitur. Subjiciuntur tractatus quatuor utiliſſimi, de Peſte, de Affectibus Renum & Veſicæ, de Pulſibus, & de Vrinis: Conſilium pro febre Catarrhali cum totius macie, ventriculi imbecillitate, meſenterii obſtructione, mœſtitia & vigiliis: Liber Reſponſorum & Conſultationum medicinalium. Accedunt poſtremo loco Diſputationes duæ, una de Scopis mittendi ſanguinem, altera de Purgatione in principio morborum, quam excipit Additamentum Apologeticum ad priorem. Lugduni, apud Petrum Drobet, & Ioan. Huguetan, 1634, in fol.

Practica medica, ſeu Prælectiones Academicæ, continentes Methodum ac rationem cognoſcendi & curandi totius humani corporis morbos, ad nativam genuinamque Hippocratis & Galeni mentem vere optimeque inſtitutam in antiquiſſ. & celeberr. Patavino Gymnaſio habitæ, &c. Lugduni, apud Laurent. Durand, 1616, 1622, in 4. Adjectis tractatibus quatuor: I, De Peſte. II, De affectibus Renum & Veſicæ. III, De Pulſibus. IV, De Vrinis. Et pro exemplo annexo Conſilio de Febre Catarrhali cum totius macie, meſenterii obſtructione, mœſtitia, & vigiliis. Tarviſii, apud Societ. Venetam, 1606, in fol. Francof. apud hæred. Nicol. Baſſæi, 1608, in 4. Venetiis, 1618, in 4.

Prælectiones de Morbis mulierum, conceptus, & partus. Lipſiæ, apud Abrah. Lambergum, 1600, in 8.

Liber Reſponſorum, & Conſultationum medicinalium. In quo methodo accuratiſſimâ cum Praxi Theorica conjungitur per Conſultationes, quæ hactenus haberi potuerunt, unam & viginti, ratioque cauſas, & morborum naturas in individuo indagandi traditur, iiſdemque cibis ac medicamentis occurrendi modus, quantum per humanas vires aut liceat, vel per artis induſtriam fieri poſſit, quaſi intento digito demonſtratur. Venetiis, apud Triviſanum Bertolottum, 1613, in fol.

Diſputationes duæ, quarum prima de Scopis mittendi ſanguinem, cum generaliter, tum ſpecialiter in febribus: altera, de Purgatione in morborum principio. Vincentiæ, 1598, in 4. Lugduni, apud Laur. Durand, 1622, in 4. cum Additamento Apologetico ad priorem.

De Abuſu medicamentorum Veſicantium, & Theriacæ in febribus peſti-

peſtilentibus diſputatio. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1591, in 4.

De Abuſu medicamentorum Veſicantium diſputatio ſecunda apologetica ad librum Herculis Saxoniæ de Phœnigmis. Vicentiæ, apud Georg. Græcum, 1593, in 4.

De Peſte libri duo. Venetiis, apud Altobellum Salicatium, 1579, in 4.

ALEXANDER PANTIVS

Conſilium de Læſione motus digitorum, & Macie brachii ſiniſtri. Extat eo in opere quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4, pag. 326.

ALEXANDER PECCANA, *Veronenſis*

De Chrondro & Alica libri duo. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1627, in 4.

ALEXANDER RIGHIVS, *Florentinus*

Hiſtoria contagioſi morbi, qui Florentiam populatus fuit anno CIↃ IↃC XXX. Florentiæ, apud Franc. Honupium, 1633, in 4.

ALEXANDER SEITZ

Declamatio in laudem artis medicæ, cum refutatione caſtitatis votum arrogantium. Baſileæ, 1524, in 4.

Tabulæ duæ curationum morborum Stomachi, & Epatis. Argentinæ, apud Matthiam Apiarium, 1534, in fol.

ALEXANDER à SVCHTEN

De Secretis Antimonii liber unus, in Latinum ſermonem è Germanico tranſlatus per M. Forbergium Myſium. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1575, in 8.

ALEXANDER TRAIANVS PETRONIVS, *Citacaſtellanus, Philoſophus & Medicus inſignis. Vixit Venetiis, A. C. circiter* 1534. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Victu Romanorum & de Sanitate tuenda libri quinque. His acceſſere libelli duo de Alvo ſine medicamentis mollienda. Romæ, apud Populum Romanum, 1581, in fol.

Propoſita, ſeu Aphoriſmi medicinales CXLIX. Venetiis, apud Bernardinum Venetum, 1535, in 8.

De Morbo Gallico lib. VII. Extant tomo II Operis de Morbo Gallico, pag. 1. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1566, in fol.

ALEXANDER TRALLIANVS, *Medicus Græcus & Iatroſophiſta, & Philoſophus clariſſimus. Claruit ſub Arcadio & Honorio Imperatoribus, A. C.* 413. *VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic. Secundum Renat. Moreau de V. S. in Pleur. A. C.* 360.

Libri Medicinales XII. Ex Bibliotheca Regia. Cum Rhazæ de Peſtilentia libello ex Syrorum lingua in Græcam tranſlato. Iacobi Goupyli in utrumque Caſtigationibus. Græce. Lutetiæ, apud Robertum Stephanum, 1548, in fol. Græcolatine, interprete & emendatore Ioanne Guintherio Andernaco. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1556, in 8. Adjectæ ſunt per eundem variæ exemplarium lectionis Obſervationes, cum Iac. Goupyli Caſtigationibus. Latine, ex *verſione barbara* cum expoſitione gloſæ interlineans Iacobi de Partibus, & Simonis Ianuenſis in margine poſitæ. Lugduni, apud Franc. Fradin, 1504, in 4. Papiæ, 1520, in 8. Ex verſione Albani Torini, Baſileæ, apud Henr. Petri, 1533, 1541, in fol. Ex Ioa. Guintherii

therii Andernaci interpretatione, Argentinæ, apud Remig. Guidonem, 1540, in 8. apud Henr. Stephanum, 1576, in fol. cum Medicis Principibus. Lugduni, apud Anton. Vincentium, 1560, in 16. nunc demum Ioannis Molinæi doctiſſimis annotationibus illuſtrati, multiſque in locis ſuo nitori reſtituti. Lugduni, apud Ant. de Harſii, 1575, in 12: & 1576, in 16.

Epiſtola de Lumbricis, ex antiquiſſimo codice Vaticanæ Bibliothecæ. Extat Græce, & Latine reddita ab Hier. Mercuriali, cum ejuſdem Variarum Lectionum libris. Venetiis, apud Gratioſum Perchacinum, 1570, in 8. & ejuſdem de Puerorum morbis tractatu, Francof. apud hæredes Andr. Wecheli, 1584, in 8.

Excerpta de Balneis extant pag. 481, Operis Veneti de Balneis.

De Febribus liber extat Operis Veneti de Febribus pag. 45.

ALEXANDER de VICENTINIS

De Calore per motum excitato, atque de Cœli influxu in ſublunaria. Veronæ, apud Bartholomæum Merlum, 1634, in 4. Huic acceſſerunt: Epiſtola, ſitne eorum, quæ ex putri, mucoſaque materia, & eorum, quæ ex ſemine derivata fluxere, ſpecies eadem. &, De foco putridarum Febrium continuatrum Apologia pro Galeno.

ALEXANDRINVS

Commentarius in Librum Galeni de Sectis, extat tomo 1 Operum Galeni tranſlationis barbaræ. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1505, in fol. regali.

ALEXIS GAVDINVS

Epiſtolæ, ſeu Diſputationes duæ ad Laur. Ioubertum; de Iteranda ſæpius phlebotomia. Extant cum Operibus Iouberti tomo 11, pag. 136. edit. Francofurt. apud hæred. Andr. Wecheli, 1599, in fol.

ALEXIVS PEDEMONTANVS

De Secretis libri ſeptem, à Io. Iac. Weckero ex Italico in Latinum converſi, & multis bonis Secretis aucti, diligentiuſque caſtigati. Acceſſit ejuſdem Weckeri opera, octavus de artificioſis Vinis liber. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1563, in 8: apud Ludov. Königh, 1613, in 8.

ALGVAZIR ALBVLEIZOR, *Vixit circa A. C.* 1163. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Curatione Lapidis. Extat inter ſpurios Galeni libros, & cum parvis Razis opuſculis, Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol.

ALOISIVS ALBERTVS, *Patavinus*

De Nutritione, Augmento, & Generatione, Diſputationes. In quibus Ariſtoteles defenditur adverſus Galenum. Venetiis, apud Variſcos, 1627, in 4.

ALOISIVS ANGVILLARA

De ſimplicibus liber primus, cum notis Gaſpari Bauhini. Baſileæ, apud Henric. Petri, 1593, in 8.

ALOISIVS BELLOCATVS, *Brixianus*

Conſultationes aliquot pro variis affectibus, extant in opere Conſiliorum Io. Bapt. Montani à Ioa. Cratone edito Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1583, in fol. Aliæ præterea extant cum Victoris Trincavellii Conſiliorum Opere.

ALOI-

ALOISIVS CORNARVS

De Vita Sobria. Patavii, apud Gratioſum Perchachinum, 1561, in 8.

ALOISIVS LOBERA, *Abulanus*

De Morbo Gallico tractatus, ex libro Aulicarum quatuor ægritudinum erutus, atque ex Hiſpano accuratiſſime Latinus factus. Extat tomo 1 operis de Morbo Gallico, pag. 321. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1566, in fol.

ALOISIVS LVISINVS, *Vtinenſis*

De compeſcendis animi affectibus, per Moralem Philoſophiam, & Medendi artem, in tres libros diviſus. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1562, in 8.

Aphoriſmi Hippocratis Hexametro carmine conſcripti. Venetiis, apud Iuntas, 1552, in 8.

Quæſtiones de Balneis, extant opere de Balneis, pag. 200, facie averſa.

ALOISIVS MVNDELLA, *Brixianus, Medicus in Italia doctiſſimus. Floruit A. C. 1538. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Theatrum Galeni, hoc eſt, univerſæ Medicinæ, à Galeno diffuſæ ſparſimque traditæ Promptuarium. Quo vel Indicis loco in omnes Galeni libros, vel Locorum communium inſtar in re medica Lector utetur. Baſileæ, apud Euſeb. Epiſcopium, 1568, in reg. fol. Coloniæ, apud Ioa. Gymnicum, 1587, in fol.

Dialogi Medicinales decem: in quibus multa & varia tum artis Theoremata: tum hiſtoriæ & experimenta doctiſſime explicantur. Tiguri, apud Froſchoverum, 1551, in 4.

Epiſtolæ Medicinales, variarum quæſtionum, & locorum inſuper Galeni difficilium expoſitionem continentes, omnibus qui veram artem exercere volunt apprime utiles. Ejuſdem Annotationes in Antonii Muſæ Braſavolæ ſimplicium medicamentorum Examen. Baſileæ, apud Mich. Iſingrinium, 1543, in 4. apud Lud. Köning, in 8.

Epiſtola ad Ioſephum Valdanium, qua tractatur Quæſtio, utrum in lienis affectibus ſecanda ſit vena, quæ eſt ad annularem digitum ſiniſtræ manus. Patavii, apud Petrum Anton. Alciatum, 1567, in 8.

ALOISIVS TOREVS

De Febris Epidemicæ & novæ, quæ Latine Puncticularis, vulgo Tavardillo & Pintas dicitur, natura, cognitione & medela ad eos, qui introducuntur. Burgis, apud Phil. Tantam, 1574, in 8.

De natura & curatione febris puncticularis. Valentiæ, 1591, in 8.

ALOISIVS TRISSINVS, *Vicentinus, Medicus Ferrarienſis. Vixit A. C. 1543. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Problematum Medicinalium libri ſex, ex Galeni ſententia. Baſileæ, apud Mich. Iſingrinium, 1547, in 8: apud Iac. Parcum, 1548, in 8. Patavii, apud Franc. Bolzetam, 1629, in 8.

ALOISIVS VARESIVS

Conſilia medica exſtant eo in opere, quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4.

ALPHONSVS, *Regis Caſtellæ*

Liber Philoſophiæ occultioris, præcipue metallorum, profundiſſimus.

mus. Extat Volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1622, in 8.

Alphonsvs Baroccivs, *Ferrarienſis*

Lectionum de Febribus liber primus, qui eſt de Febre generatim. Nunc primum opera Ioannis Libioli, Ferrarienſis exceptus, ac editus. Ferrariæ, apud Victorium Baldinum, 1606, in fol.

In primam Magni Hippocratis Aphoriſmorum Sectionem dilucidiſſimæ lectiones. Eodem prorſus ordine habitæ, quo Pvncta à lavreandis in Doctorum conſeſſu paſſim explicari ſolent. Ferrariæ, apud Benedict. Mammarellum, 1593, in 4.

Alphonsvs Bertocivs, *Fanenſis*

Methodus Curativa generalis & compendiaria: ex Hipp. Gal. Avic. & Montani Placitis, in Medicinæ ſtudioſorum gratiam deſcripta. Lugduni, apud Gabr. Coterium, 1558, in 16: apud Iac. Fabrum, in 8. Huic edit. adjecta eſt Iac. à Partibus Summula Alphabetica morborum ac remediorum ex libris Meſuæ excerpta. Ibidem, apud Ant. Candidum, 1588, in 8. Francof. apud Ioan. Saurium, 1608, in 8. Acceſſerunt Ideæ doctrinæ Hippocraticæ: i, de generatione Pituitæ: ii, de Melancholico humore: iii, de Coctione, & præparatione humorum: iv, de Victus ratione, autore Ioa. Bapt. Montano. & ibidem, apud Ioa. Carol. Vnckelium, 1621, in 8. cum iiſdem tractatibus.

Alphonsvs à Carranza, *Hiſpanus*

Tractatus novus & accuratiſſimus de Partu naturali, & legitimo: ubi Controverſiæ Iuridicæ, Philologicæ, Philoſophicæ, Medicæ diſcutiuntur, ad Fori uſum & Praxim: de Partus conceptione, formatione: de Fœtu in utero: de Poſthumis: de Conditione partus, Expoſitione, Suppoſitione, Ventre exſecto: Tempore partus vario (ubi & de Anni computatione prolixe agitur) Abortivo, Monſtruoſo, Numeroſo partu, Superfœtatione, Generatione Succubi. Cui propter Argumenti ſimilitudinem additæ ſunt Exercitationes Caroli Annibalis Fabroti Anteceſſoris Aquis-Sextienſis, de Tempore humani partus, & de Numero puerperii. Sumptibus Ioa. de Tournes, & Iacobi de la Pierre, 1629, in 4.

Alphonsvs Daca, *Hiſpanus*

De ratione cognoſcendi cauſas, & ſigna tam in proſpera, quam adverſa valetudine Vrinarum, deque earum necis indiciis, & prænunciationibus, lib. tres. Nonnulla etiam de Febribus, & Diebus decretoriis. Hiſpali, apud Alfonſum de la Barera, 1577, in 4.

Alphonsvs Ferrivs, *Neapolitanus*, *Pauli* iii. *Pontificis Chirurgus primarius. Floruit A. C.* 1639. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Sclopetorum, ſive Archibuſorum vulneribus lib. tres. Corollarium de ſcloperi, ac ſimilium tormentorum pulvere. De Caruncula, ſive Callo, quæ cervici veſicæ innaſcuntur, opuſculum. Lugduni, apud Matth. Bonhomme, 1559, in 4. Antverpiæ, apud Arnoldum Coninx, 1583, in 4. cum aliis. Tiguri, apud Geſneros, 1555, in fol. Cum Chirurgiæ ſcriptoribus.

De Morbo Gallico, Ligni Sancti natura, uſuque multiplici libri quatuor. Extant tomo 1 pag. 347. operis de Morbo Gallico. Venetiis, apud Iord. Zilettum, 1566, in fol.

De Ligni ſancti multiplici medicina. Pariſiis, 1542, in 12.

ALPHONSVS GOMEZ, *de la Parra*

Polyanthæa Medicis ſpecioſa, Chirurgis mirifica, Myrepſiois valde utilis & neceſſaria in quinque partes diviſa. Matriti, apud Ioan. Soncaletz, 1625, in 4.

ALPHONSVS GOMEZIVS, *Hiſpalenſis*

De Tumorum præparatione. Hiſpali, 1546, in 12.

ALPHONSVS à IVBERA

Reformatio omnium medicamentorum, quæ in Pharmacopoliis uſui eſſe ſolent. Valleſoleti, apud Did. Ferdinand. 1578, in 8.

ALPHONSVS LOPVS

Hippocratis Prognoſticon cum brevibus Annotationibus. Matriti, 1596, in 4.

ALPHONSVS LVPEVS, *Cureleanus*

Annotationes in omnia Galeni opera. Cæſar-auguſtæ, 1562. ibidem 1565, in fol. Matriti, 1582, in 4.

Catalogus Auctorum, qui poſt Galeni ævum & Hippocrati & Galeno contradixerunt. Valentiæ, 1589, in 12.

De Morbo poſtulato liber. Valentiæ, 1581, in 4. Cæſar-auguſtæ, apud Michaelem à Hueſſa, 1584, in 4.

Enchiridium ſeu Methodus Medicinæ. Cæſar-auguſtæ, 1549, in 12. Valentiæ, 1581, in 16.

Naturæ querimonia. Cæſar-auguſtæ, 1564, in 8. Ibidem 1565.

De Natura Venæ. Ibidem, 1573, in 8.

De Febre maligna & placitis Galeni. Cæſar-auguſtæ, 1574, in 8.

De Arte curativa Stellæ. Ibidem, 1552, in 12.

ALPHONSVS MORESCOTTVS

Compendium Medicinæ totius, in quo de Complexionum arcanis indiciis, morborum præcipuorum cauſis, prognoſticis, & ſignis, deque Fabrica Receptorum breviter tractatur. Additis formulis remediorum Petri Gorræi. Francof. apud Chriſt. Corvinum, 1583, 1588, in 12. Herbornæ Naſſoviorum, 1604, in 12.

ALPHONSVS RODERICVS GVEVARA

De Re Anatomica liber. Conimbricæ, ex offic. Academiæ, 1592, in 4.

ALPHONSVS de SANTACRVCE

Dignotio, & cura affectuum melancholicorum. Matriti, apud Thomam Juntam, 1622, in fol.

ALPHONSVS TORREVS, *Placentinus*

De Febre epidemica puncticulari ſeu Tabardillo. Burgis, 1574, in 8.

ALSAHARAVIVS

Liber Theoricæ, nec non Practicæ, jam ſumma diligentia & cura depromptus in lucem per Paulum Ricinum. Auguſtæ Vindel. apud Sigiſmundum Grimanum, 1519, in fol.

ALVARVS NONNIVS, *Hiſpanus*

Annotationes ad lib. duos Franciſci Arcæi de Recta curandorum Vulnerum ratione, cum iiſdem excuſæ ſunt Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1574, in 8.

Alzarius Crucius, *ſive à* Cruce,

Diſquiſitio de fœtu octimeſtri. Romæ, 1627, in 4.

Conſilium de lue peſtifera. Romæ, 1631, in 4.

De Sanguinis ſputo. Romæ, 1633, in fol.

De Epilepſia lectiones Bononienſes. Venetiis, 1603, in 4.

Amandus Polanus, *à Polanſdorff*

Epiſtolæ binæ medicæ, quarum altera quæritur, liceatne Chirurgo ſalva conſcientia fœtum educere viventem è matre, ut hanc ſervet. Extant. cum Guil. Fabr. Hildani Cent. 1 Epiſtol. Oppenheimi, apud Ioan, Theod. de Bry, 1619, in 4. pag. 265, 270.

Amatus Lusitanus, *Philoſophus & Medicus præſtantiſſimus, in Salamanticenſi Gymnaſio. Floruit A. C. 1550. Iuſtus in Chronol. Medic. Hic ſe antea appellavit Ioannem Rodericum Caſtelli-albi,*

Curationum Medicinalium Centuriæ ſeptem, variâ multiplicique rerum cognitione refertæ. Quibus præmiſſa eſt Commentatio de Introitu Medici ad Ægrotantem. De Criſi, & Diebus Decretoriis. Barcinonæ, 1628, in fol. Burdigalæ, apud Gilbertum Vernoy, 1620, in 4. Venetiis, apud Conſtantinum, 1557, in 8. & apud Vincentium Valgriſium, 1566, in 8. Lugduni, apud Rovillium, 1560, in 16. Ex his ſeorſim edita eſt:

Centuria prima. Cui eadem commentatio de Introitu ad Ægrotantem, & Criſeωn tractatio præmiſſa eſt. Florentiæ, apud Torrentinum, 1551, in 8. &

Centuria ſecunda. Quæ methodum & canonem propinandi decoctum radicis Chynarum locupletius deſcribebat. Venetiis, apud Valgriſium, 1552, in 16.

De Morbo Gallico, & Gallica Scabie Epiſtolæ duæ, ex Centuria prima Medicinalium curationum excerptæ. Necnon de Methodo propinandi Chynæ ex Centuria ſecunda excerpta. Extant tom. 1, pag. 560, Operis de Morbo Gallico, Venetiis, apud Iord. Zilettum, 1566, in fol.

In Dioſcoridis Anazarbæi de Medica materia libros quinque Enarrationes eruditiſſimæ. Quibus etiam tum ſimplicium medicamentorum nomenclaturæ Græcæ, Latinæ, Italicæ, Hiſpanicæ, Germanicæ, & Gallicæ proponuntur: tum errores aliorum omnium, qui ad hanc uſque diem de hac materia ſcripſerunt, improbantur. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1577, in 4: apud Valgriſium, 1553, in 8. Argentinæ, apud Rihelium, 1565, in 4. Lugduni, apud viduam Balthaz. Arnoleti, 1558, in 8: apud Matth. Bonhomme, 1558, in 8: cui editioni acceſſere inſuper Roberti Conſtantini Annotationes, & ſimplicium picturæ ex Fuchſio, & Dalechampio mutuatæ.

Exegemata in priores duos Dioſcoridis de Medica materia libros, nomine Io. Roderici Caſtelli-Albi editi fuerunt, Antverpiæ, apud viduam Martini Cæſaris, 1536, in 4.

Ambrosius Floridus, *Patavini*

Tractatus de annis climactericis ac diebus criticis, dialogiſtico contextus ſermone. In quo mira doctrina ex fontibus Aſtrologorum excerpta & Philoſophorum panditur; quo pacto totius vitæ humanæ curſus per ſeptenarium annorum numerum regulatus, ſecundum varias planetarum

rum conjunctiones in diverſis temporibus agitetur & torqueatur. Patavii, apud Matthæum de Meniis, 1612, in 4.

AMBROSIVS LEO, *Nolanus*

Opus quæſtionum tum aliis pleriſque in rebus, cum vero maxime in Philoſophia, & Medicina. Venetiis, 1523, in 4.

Interpretatio græca lib. VII de Vrinis Actuarii Iohannis. Venetiis, apud Laur. Vitalem, 1519, in 4. Baſileæ, apud Andr. Cratandrum, 1529, in 8.

AMBROSIVS NONNIVS, *Luſitanus*

Commentaria in tres libros Aphoriſmorum Hippocratis. Conimbricæ, ex offic. Academiæ, 1600, in fol.

AMBROSIVS PARÆVS

Opera, à *Iac. Guillemeau* elimata, novis Iconibus elegantiſſimis illuſtrata, & latinitate donata. Pariſiis, apud Iacob. Dupuys, 1582, in fol. Francof. apud Iac. Fiſcherum, 1612, in fol. apud Feirabendium, cum novis iconibus, 1593, in fol.

Sunt autem his operibus contenta,

Introductio, ſeu via ad Chirurgiam compendiaria.
Lib. I. De Animantibus, & Hominis præſtantia.
II. De Humani corporis Anatome.
III. De partibus Vitalibus in Thorace contentis.
IV. De Partibus Animalibus in Capite poſitis.
V. De Muſculis, & Oſſibus, aliiſque corporis extremis partibus.
VI. De Tumoribus contra naturam in genere.
VII. De Tumoribus contra naturam particularibus.
VIII. De Vulneribus in genere.
IX. De recentibus, & cruentis ſingularum partium vulneribus.
X. De Vulneribus Sclopo, aliiſque igniariis machinis, & telorum omni genere illiſis.
XI. De Contuſionibus, & Gangrænis.
XII. De Vlceribus, Fiſtulis, & Hæmorrhoidibus.
XIII. De Faſciis.
XIV. De Fracturis.
XV. De Luxationibus.
XVI. De pleriſque partium præter naturam affectionibus, quarum curatio manu fere perficitur.
XVII. De Arthritide.
XVIII. De Lue venerea, & his, quæ per eam contingunt, ſymptomatis.
XIX. De Infantium Variolis, ſeu Morbillis, Ecchymatibus nempe & Exanthematibus: Itemque de Vermibus, & Elephantiaſi.
XX. De Venenis, deque rabioſorum canum, & Venenatorum animantium morſu ac puncturis.
XXI. De Peſte.
XXII. De Eorum, quæ ſeu Natura, ſeu ex Eventu deſunt reparandorum artibus.
XXIII. De Hominis generatione.
XXIV. De Monſtris, & Prodigiis.
XXV. De ſimplicium medicamentorum facultatibus, unaque de eorum compoſitione, & uſu.
XXVI. De Deſtillationibus.
Tractatus de Renuntiationibus: & Cadaverum Embammatis.

AMBROSIVS RHODIVS

Diſputationes ſupra Ideam medicinæ Philoſophicæ Petri Severini Dani: Quibus loca illius libri obſcura & difficilia illuſtrantur, Adverſarii refutantur, & multi Diſcurſus ex intimis Naturæ adytis deprompti moventur. Haffniæ, apud Salom. Sartorium, 1643, in 4.

ANASTASIVS

De ratione victus ſalutaris.poſt inciſam venam, & emiſſum ſanguinem Epigramma. Extat cum Schola Salernitana, Antverpiæ, apud Ioan. Withagium, 1562, in 16.

ANATOLIVS

De re ruſtica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν, ſeu de Re ruſtica ſelectorum lib. xx Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis. Io. Alex. Braſſicani opera in lucem editis, Baſileæ, apud Robertum Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Iano Cornario interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

De Mulomedicina capita aliquot extant in iiſdem de Re ruſtica libris, lib. xvi, & ſeqq. & inter Veterinaria Medicinæ ſcriptores, qui editi ſunt Græce quidem, Baſileæ, apud Ioa. Valderum, 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione Ioa. Ruellii, Baſileæ, apud Sim. Colinæum, 1530, in fol.

ANDREAS ALCASAR, *Guadalaxarenſis*

(Rod. à Caſtro Med. polit. p. 68. dicitur *Andreas Valcacer.*)

Chirurgiæ libri ſex. In quibus multa Antiquorum, & Recentiorum ſubobſcura loca hactenus non declarata interpretantur. Salmanticæ, apud Dominicum à Portonariis, 1575, in fol.

De Vulneribus Capitis liber. Salmanticæ, 1582, in fol.

ANDREAS ALPAGO

Armenandi Blaſii Verſionem Canticorum Avicennæ caſtigavit. Venetiis, apud Iuntas, 1555, in fol.

Ioa. Serapionis Practicam, dictam Breviarium interpretatus eſt.

ANDREAS ANTONIVS, *de Caſtro*

De Febrium curatione libri tres. Villavizoſæ Luſitaniæ, 1636, in fol.

De Simplicium medicamentorum facultatibus. ibidem.

ANDREAS ARGOLVS, *à Tagliacozzo D. Marci*

De Diebus Criticis, & de Ægrorum decubitu, libri duo. Patavii, apud Paul. Frambottum, 1639, in 4.

ANDREAS AVRIFABER, *Vratiſlavienſis*

Succini hiſtoria. Regiomonti, 1557, in 8.

Annotationes in Phæmonis Philoſophi libellum De Cura Canum. Wittenbergæ, apud Ioannem Lufft, 1545, in 8.

ANDREAS BACCIVS, *Elpidianus*

De Thermis libri ſeptem. Opus locupletiſſimum, non ſolum Medicis neceſſarium, verum etiam ſtudioſis variarum rerum naturæ perutile. In quo agitur de univerſa aquarum natura, deque earum differentiis omnibus, ac Miſtionibus cum terris, cum ignibus, cum metallis. De terreſtris Ignis natura, nova tractatio. De fontibus, fluminibus, lacubus, de balneis totius orbis, & de Methodo medendi per balneas: deque lavationum ſimul atque exercitationum inſtitutis in admirandis Romanorum thermis. Venetiis, apud Vincentium Valgriſium, 1571, & 1588, in fol. in hac recentiori omiſſæ ſunt figuræ. Romæ, apud Iacobum Maſcardum, 1622, in fol.

De Balneis oppidi Bergomatis Tranſcheri, ſeorſim cum conſimilis argumenti libris. Bergomi, 1583, in 4.

De naturali Vinorum hiſtoria, de vinis Italiæ, & de conviviis Antiquorum,

quorum, libri VII. Acceſſit de Factitiis, ac Cereviſiis, deque Rheni, Galliæ, Hiſpaniæ, & de totius Europæ vinis, & de omni Vinorum uſu, compendiaria tractatio. Romæ, apud Nicolaum Mutium, 1596, in fol. Francof. apud Nicol. Steinium, 1607, in fol. Romæ apud Eundem, 1598.

De Gemmis ac Lapidibus pretioſis, eorumque viribus, & uſu, Tractatus, Italica lingua conſcriptus: nunc vero non ſolum in Latinum ſermonem converſus, verum etiam utiliſſimis annotationibus & obſervationibus auctior redditus, à Wolfgango Gabelchovero. Cui acceſſit diſputatio, De generatione auri in locis ſubterraneis, illiuſque temperamento. Francofurti, apud Matthiam Beckerum, 1603, in 8. apud Ioh. Davidem Zumerum, 1643, in 8.

De Magna Beſtia Alce, Germanis Elendt nuncupata, ejuſque proprietatibus liber: ex Italico Wolfgangi Gabelchoveri opera Latinus factus. Stutgardiæ, in 8.

De Cornu Monocerotis liber, ex Italica in linguam Latinam converſus ab Andrea Marino, & Venetiis, 1566, in 4, editus. deinde vero à Wolfgango Gabelchovero Latinus factus. Stutgardiæ, 1598, in 8.

De Venenis, & Antidotis σωλιγγύδρα, ſeu communia præcepta ad humanam vitam tuendam ſaluberrima. In quibus definitiva Methodus Venenorum proponitur per genera, ac differentias ſuas, partes, & paſſiones, præſervandi modum, & communia ad eorum Curationem Antidota complectens. De Canis rabioſi morſu, & ejus curatione. Romæ, apud Vincent. Accoltum, 1586, in 4.

Tabula Simplicium medicamentorum. Romæ, apud Ioſephum de Angelis, 1577, in 4.

Epiſtola ad Marcum Oddum de dignitate Theriacæ. Et altera ad Antonium Portum, Quænam ratio ſit Viperinæ carnis in Theriaca. Vtraque extat cum opere *Marci* Oddi de Componendis medicamentis, & aliorum dijudicandis. *Patavii*, apud Paulum Mejettum, 1583, in 4.

ANDREAS BELLVNENSIS

Armegandi Blaſii Verſionem Averrois colliget lib. VII: Canticorum Avicennæ, & Tractatus de Theriaca caſtigavit. Extat X volum. Operum Averrois. Venetiis, apud Iuntas, 1552, in fol.

ANDREAS BERTHOLDVS, *Oſchacenſis*

Terræ ſigillatæ, nuper in Germania repertæ, vires atque virtutes admirandæ, ejuſque adminiſtrandæ, ac uſurpandæ ratio. Miſniæ, apud Chriſtoph. Rab, 1583, in 4.

ANDREAS de BLAVEN

Epiſtola ad Petr. Andr. Matthiolum, de multiplici auri potabilis parandi ratione. Extat lib. IV Epiſtolarum Matthioli, p. 514.

ANDREAS BRENTIVS, *Patavinus*

Commentarii in Hippocratis de Inſomniis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol.

Ejuſdem Hippocr. De Natura Hominis Expoſitio latina.

Variarum Philoſophorum ſententiarum perveniendi ad Lapidem benedictum Collectanea. Extant Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1813, in 8.

ANDREAS CÆSALPINUS, *Aretinus*

Κάτοπτρον, ſive ſpeculum artis medicæ Hippocraticum: ſpectandos, dignoſcendos, curandoſque exhibens univerſos, tum univerſales, tum particulares totius corporis humani morbos, in quo multa viſuntur, quæ à præclariſſimis quibuſque Medicis intacta prorſus relicta erant arcana. Francof. apud Lazarum Zetznerum, 1605, in 8. Venetiis, apud Societatem Venetam, 1606, in 4. Tarviſii, apud Robert. Mejett. Venetiis, apud Societat. 1606, in 8.

De Plantis, lib. XVI. Florentiæ, apud Georg. Mareſcottum, 1583, in 4.

De Metallicis, lib. tres. Noribergæ, apud Conr. Agricolam, 1602, in 4.

Quæſtionum medicarum lib. duo. De Medicamentorum facultatibus lib. duo. Extant cum Quæſtionibus Peripateticis, & Peripatetica Dæmonum inveſtigatione. Venetiis, apud Iuntas, 1593, in 4.

ANDREAS CAMUTIUS

Excuſſio brevis præcipui morbi, nempe Cordis palpitationis Maximiliani II Cæſaris invictiſſimi, ſimul ac aliorum aliquot virorum illuſtrium præter naturam affectuum. Florentiæ, apud Georg. Mareſcotum, 1578, in 8.

ANDREAS CHIOCCUS, *Veronenſis*

Quæſtionum Philoſophicarum, & Medicarum lib. tres. Veronæ, apud Hieron. Diſcipulum, 1593, in 4. Editi apud Societat. Venetam, 1604, in 4.

Pſoricon, ſeu de Scabie libri duo; in quibus de contagii natura, ſyderum vi, & Thermis Calderianis agitur, carmine ab auctore conſcripti. Veronæ, apud Hier. Diſcipulum, 1593, in 4.

Commentarius quæſtionum quarundam de febre mali moris, & de morbis epidemicis. Item, Diſputatio de ſectione venæ in obſtructione ab humorum qualitate. Venetiis, apud Societatem, 1604, in 4.

De Collegii Veronenſis illuſtribus Medicis, & Philoſophis, qui vel ſcribendo, vel publice profitendo Collegium, Patriam, & bonas literas illuſtrarunt, ex quorum moribus, & inſtitutis, præceptiſve perfecta optimi Medici Idea colligi poteſt. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1623, in 4.

Benedicti Ceruti Muſæum deſcripſit, & perfecit.

ANDREAS CHRISTIANUS, *Ripenſis*

Enchiridion medicum de cognoſcendis curandiſque externis, & internis humani corporis morbis: ex Vict. Trincavellii prælectionibus de compoſitione medicamentorum, atque morbis particularibus confectum. Baſileæ, apud Oporinum, 1583, in 8: apud Ludov. Köning, 1607, in 8. cui acceſſit Tractatus de Febribus, decerptus ex ejuſdem Victoris Trincavellii prælectionibus ac commentariis ſuper Galenum de Differentiis febrium & librum primum Curativæ ad Glauconem, opera Ioh. Friderici Werdenbergii.

ANDREAS CORVUS

Chiromantia. Extat cum Barth. Coclitis Phyſiognomiæ Compendio. Argentorati, 1533, in 8.

ANDREAS COMMINTIUS

De Acidulis Schwalbacenſibus Epiſtola extat cum Reſponſis Medicis,

dicis, quæ Helvicus Dietericus edidit Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4, pag. 76.

ANDREAS DVDITHIVS, *ab Horecoviza*

Epiſtolæ variæ & inſignes Medicæ extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

ANDREAS ELLINGERVS

Hippocratis Aphoriſmorum, id eſt, Selectarum maximeque ratarum Sententiarum Paraphraſis Poëtica Francof. apud Andr. Wechelum, 1579, in 8. Accedunt Cornelii Celſi aliquot Aphoriſmorum Hippocratis converſio latina. Morborum, & Symptomatum in Aphoriſmis Index. Oratio in Aphoriſmos Hippocratis.

Hippocratis Prognoſticorum Paraphraſis Poëtica. Cum Corn. Celſi aliquot Hipp. Prognoſticor. verſione latina. Ibidem, apud eundem, anno, formaque iiſdem.

Conſilia quædam Medica extant eo in opere quod Ioannes Wittichius collegit & edidit Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

ANDREAS GABRIELLVS, *Senogalienſis*

De Peſte opus perutile ac præſidio locupletiſſimorum auctorum roboratum. Bononiæ, apud Peregrinum Bonardum, 1577, in 4.

ANDREAS GALLVS, *Tridentinus*

Faſcis de Peſte, Peripneumonia peſtilentiali, cum ſputo ſanguinis, febre peſtilentiali, ac de quibuſdam ſymptomatis, in quinque faſciculos digeſtus. Brixiæ, apud Ioa. Bapt. Bozalam, 1565, in fol.

De Peſte. Francof. apud Ioa. Saurium, 1606, in 8.

Homo afflictus & jacens; in quem Aſtra, elementa, meteora, impreſſioneſque meteorologicæ; quales ſunt: Aër corruptus, Aquæ ſubterraneæ, &c. quinetiam ipſiuſmet proprii corporis humores vitiati, conſpirant, mugiunt, ſæviunt, funeſtamque important Peſtem. Divino prævio auxilio, atque gratia, ſublevatur, venenumque Peſtis atrociſſimum præcavetur, curatur, eradicatur, variaque ejus ſymptomata reſecantur. Francof. apud Egenolphum Emmelium, 1608, in 8.

Conſilia Medica extant eo in opere Conſiliorum, quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

ANDREAS GRATIOLVS, *Salodianus*

Avicennæ liber primus de Vniverſalibus medicæ ſcientiæ præceptis, interpretatione, & Scholiis Hippocratis ac Galeni præcipua loca commonſtrantibus illuſtratus. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1580, in 4.

ANDREAS GRVTINIVS

Solus Philoſophus, ſive novæ medicinæ, & chymicæ compendioſa refutatio lib. II comprehenſa. Patavii, apud Petr. Marinellum, 1591, in 4.

ANDREAS HILDEBRAND

De generatione calculi, de Cornu cervino, de Hæmorrhagia, de Gutta gamandra Epiſtolæ, extant cum Gregorii Horſtii Obſervat. medicinal. ſingular. lib. IV priorib. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 421.

Euangeliſtæ Quatrammi, De Præſervatione & Curatione Peſtis, ex Italico latinum fecit.

ANDREAS KNEVFELIVS, *Budiſſina-Luſatus*

Epiſtola de Podagra curata. Amſtelædami, apud Ioh. Blaeu, 1643, in 12.

ANDREAS

ANDREAS KRAGIUS, *Ripenſis*

Laurea Apollinea Monſpelienſis: contexta & conſerta quæſtionibus difficilimis XIII: Problematibus paradoxis variis LXVI: Conſultatione & curatione morborum II: Orationibus IX: Prælectionibus II. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric-Petrum, 1587, in 4.

ANDREAS KRUGIUS

Epiſtolæ Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioan. Hornungi, editâ Norimbergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

ANDREAS LACUNA, *Secobienſis, Medicus præſtantiſſimus Venetus. Vixit A. C.* 1554. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Epitome Galeni Pergameni Operum, in quatuor partes digeſta, pulcherrima methodo univerſam illius viri doctrinam complectens. Adjectis Galeni vita, & de Ponderibus ac menſuris libello. Baſileæ, apud Iſingrinum, 1551, in fol. Argentorati, apud Zetznerum, 1609, in fol. Lugduni, apud Guilielmum Rovillium, 1553, in 16, IV voll.

Epitome omnium rerum & ſententiarum, quæ annotatu dignæ in Commentariis Galeni in Hippocratem extant, in Elenchum minime pœnitendum digeſta. Cui acceſſere nonnulla Galeni Enantiomata ſummo ſtudio collecta. Lugduni, apud Guiliel. Rovillium, 1554, in 8.

Galeni de Antidotis Epitome. Extat cum Ægidii Everarti, de Herba Panacea commentariolo. Antverpiæ, apud Ioan. Bellerum, 1587, in 16.

Anatomica methodus, ſeu de ſectione humani corporis contemplatio, in compendium atque adeo enchiridion redacta: ubi quidquid boni ſucculentive probatiſſimi quique philoſophorum de ea ſcripſerunt, appoſitiſſime congeſtum reperias. Pariſiis, apud Ludov. Cyaneum, 1535, in 8.

Annotationes in Dioſcoridem Anazarbeum, juxta vetuſtiſſimorum codicum fidem elaboratæ. Lugduni, apud Rovillium, 1555, in 16.

Ex Commentariis Geoponicis, ſive de Re ruſtica, olim Divo Conſtantino Cæſari adſcriptis, octo ultimi libri, ſed qui primis dignitate antecellunt, utpote in quibus miro quodam ordine & artificio, animalium fere omnium naturæ, moreſque & modi quibus ea educari conveniat, accuratiſſime exaggerantur: nunc demum ad fidem vetuſtiſſimorum codicum ex Græcis Latini facti. Accedunt etiam eis quædam caſtigationes in tranſlationem eorundem librorum, per Ianum Cornarium editam. Coloniæ, apud Ioannem Aquenſem, 1543, in 8.

Epiſtola Apologetica ad Cornarium. Lugduni, apud Rovillium, 1554, in 8.

Compendium curationis præcautioniſque morbi paſſim populariterque graſſantis: hoc eſt, vera & exquiſita ratio noſcendæ, præcavendæ, atque propulſandæ febris peſtilentialis. Argentorati, apud Ribelium, 1542, in 8.

Methodus cognoſcendi, extirpandique excreſcentes in veſicæ collo carunculas. Romæ, apud Valer. & Aloiſium Doricos, 1551, in 8.

Victus ratio, Scholaſticis pauperibus paratu facilis, & ſalubris. Adjectus quoque eſt libellus de Victus, & exercitiorum ratione maxime in ſenectute obſervanda. Coloniæ, apud Henricum Mameranum, 1550, in 8.

De Articulari morbo Commentarius. Cui acceſſit, Tragopodagra Luciani,

Luciani, juxta fidem exemplarium Græcorum in Latinam linguam converſa. Romæ, apud Valerium & Aloyſium Doricos, 1551, in 8.

ANDREAS LAVRENTIVS, *Henrici IV. Regis Archiater. Floruit A. C.* 1599. *Renat. Moreau de V. S. in Pleurit.*

Hiſtoria Anatomica Humani corporis, & ſingularum ejus partium, multis controverſiis, & obſervationibus notis illuſtrata. Pariſiis, apud Iannetum Mettayer, 1600, in reg. fol. Franc. apud fratres Bryanos, 1600, in fol. apud Nicol. Hoffmanum, 1615, in 8. apud Caſparum Rotelium, 1627, in 8.

Operum tomus alter. Continens ſcripta Therapeutica decem, nimirum Tractatum de Criſibus: Mirabili ſtrumas ſanandi vi: Nobilitate viſus, ejuſque conſervandi ratione: Melancholia, lib. duobus abſolutum: Senectute: Morbo Articulari: Lepra: Lue Venerea. Ejuſdem Annotationes in Artem Parvam Galeni: & Conſilia Medica. Francof. apud Guil. Fitzerum, 1621, in fol.

De Criſibus libri tres. Adjecta eſt univerſalis quædam Methodus ad prognoſin, & criſes omnium morborum, ſed præcipue acutorum conferens. Francof. apud Palthenium, 1596, in 8. apud Nicolaum Hoffmanum, 1606, in 8.

ANDREAS LEMNIVS

Epiſtola, quæ urinæ ſtudium, & ex ea morborum prævidentiam, ut quæ ſit aptior ſervandæ ſanitati, commendat. Præfixa eſt Actuarii de Vrinis libris.

ANDREAS LIBAVIVS, *Halo-Saxo*

Opera Chymica. VII. Volum. edita Francof. 1606, in fol.

De Criſibus. Excuſa quoque Franc. apud Ioh. Rhodium, 1606, in 8.

Alchymia recognita, emendata, & aucta, tum dogmatibus & experimentis nonnullis, tum Commentario Medico Phyſico: qui exornatus eſt variorum Inſtrumentorum Chymicorum picturis; partim aliunde tranſlatis, partim plane novis in gratiam eorum, qui arcanorum naturalium cupidi, ea abſque involucris elementarium & ænigmaticarum ſordium, intueri gaudent. Præmiſſa defenſione artis, oppoſita Cenſuræ Pariſianæ. Francof. apud Petrum Kopffium, 1606, in fol.

Commentariorum Alchemiæ Pars ſecunda, continens tractatus quoſdam ſingulares (ſcilicet, I, Epitomen metallicam, qua metallorum natura declaratur, ad opus Chymicum neceſſariam. II, Dialogum de Mercurio Philoſophorum. III, De Azotho, & aqua permanente. IV, De Lapide Philoſophorum. V, Artem probandi, duobus libris comprehenſam. VI, Tractatum de judicio aquarum mineralium, in tres libros diſtributum.) ad illuſtrationem eorum potiſſimum, quæ libro ſecundo Alchemiæ habentur difficiliora laborioſioraque, quæque plurium ſimul artium adminiculo indigent, & veluti ex multis conſtituta, peculiarium ſcientiarum dignitatem & nomen meretur. Ibidem, eodem anno, forma eadem.

Syntagma ſelectorum undiquaque & perſpicue traditorum Alchemiæ Arcanorum. Pro III parte Commentariorum chymiæ hactenus deſideratorum, inſertis paſſim Scholiis, & commentationibus ipſis, ad penitiſſima hujus Philoſophiæ, & Medicinæ ducentibus, conſcriptum, & in

in II x libros digeſtum. Francof. apud Petrum Kopffium, 1611, in fol.

Syntagmatis Arcanorum Chymicorum, ex optimis Autoribus ſcriptis, impreſſis, experientiaque artifice collectorum, Tomus ſecundus. In quem congeſta ſunt partim nova, eaque penitiora Spagyrorum ſecreta, partim prioris tomi nonnulla explicatius tradita, & inter ea etiam ænigmata Quercetani, aliorumque Hermeticorum non pauca ſtudioſe inveſtigata, declarata, & judicata. Ibidem, apud eundem, 1613, in fol.

Appendix neceſſaria Syntagmatis Arcanorum Chymicorum, in qua præter Arcanorum nonnullorum expoſitionem, & illuſtrationem, quorundam item Medicorum Hermeticorum, & myſticorum deſcriptionem, continentur defenſiones geminæ, primum eorum, quæ ab Henningo Scheunemanno, & juniore Gramano ſunt impugnata; poſtea quæ in transmutatoria metallorum à Nicolao Guiberto, Lotharingo, M. D. quibus fieri potuit viribus, ſunt attentata. Acceſſerunt I, Iudicium breve de Dea Hippocratis, ſeu Hygeia (argentipara) Henningi Scheunemanni, quam nuper excogitavit, & commentariis noſtris valde fugitivam, deſerta cauſa fixorum iſtorum quæ volaticis Galenicis oppoſuit infeliciter. II, Schema Medicinæ Hippocraticæ, & Hermeticæ ſimul, cujus rudimentum doctis cenſendum committitur, ut poſtea elaborari poſſit. III, Examen Philoſophiæ Magicæ Crollii. IV, Cenſura Philoſophiæ Vitalis Ioannis Hartmanni Marpurgici Profeſſoris. V, Admonitio de Regulis novæ Rotæ, ſeu Harmonicæ Sphæræ Fratrum de Societate Roſeæ Crucis juxta Famæ editæ indicem. Ibidem, apud eundem, 1615, in fol.

Examen Philoſophiæ novæ, quæ veteri abrogandæ opponitur: in quo agitur de modo diſcendi novo: De Veterum Auctoritate: De Magia Paracelſi ex Crollio: De Philoſophia vivente ex Severino per Johannem Hartmannum: De Philoſophia Harmonica Magica Fraternitatis de Roſea Cruce. Ibidem, anno formaque iiſdem.

Neoparacelſica. In quibus vetus Medicina defenditur adverſus περιΐεργίας tum Georgii Amwald, cujus liber de Panacea excutitur; doceturque quid ſit Panacea, quomodo paretur, & quæ ejus vires: tum Iohannis Gramani, olim Theologi, nunc Pſeudo-Chymici: qui omnes Medicos acerbiſſima charta eſt inſectatus. Servata vera veræ Chymiæ laude. Francof. apud Petrum Kopffium, 1594, in 8.

Anatome Tractatus Neoparacelſici, de Pharmaco cathartico, ſcripti adverſus Galenicos veteris veræque Medicinæ Profeſſores. In qua viciſſim oſtenditur vanitas & odioſa Neoparacelſi calumnia, & detergetur veræ Medicinæ macula. Ibidem, 1594, in 8.

Tractatus duo Phyſici; prior de Impoſtoria vulnerum per unguentum armarium ſanatione Paracelſicis uſitata commendataque. Poſterior, de Cruentatione Cadaverum injuſta cæde factorum, præſente, qui occidiſſe creditur. His acceſſit Epiſtola de Examine Panaceæ Amwaldinæ, quo apertiſſimæ luci proſtituitur, ut quiſque judicare poſſit, qua arte hactenus Amwaldus ſit uſus. Ibidem, apud Ioa. Saur. 1594, in 8.

Rerum Chymicarum Epiſtolica forma ad Philoſophos & Medicos quoſdam in Germania Excellentes deſcriptarum, liber primus. In quo tum rerum quarundam naturalium continentur explicationes ingenioſæ: tum Chymiæ diſciplina pyronomica, ſceuaſtica, & vocabularia cum quibuſdam

buſdam inter arcana habitis declarantur fideliter. Francof. apud eundem, 1595, in 8.

Rerum Chymicarum Epiſtolica forma ad Medicos præſtantes Germaniæ conſcriptarum, liber ſecundus. Continens Operationes Chymicas artificum præceptis, naturæ documentis & experientia declaratas, additis de phyſicis quibuſdam & aurificio problematis jucundis: ad docendum diſcendumque facilime Chymiam utiliter comparatus. Ibidem, eodem anno, & forma.

Epiſtolarum Chymicarum liber tertius, ad præſtantes quoſdam Germaniæ Philoſophos & Medicos, de variis artis Chymicæ magiſteriis, in uſum & oblectamentum eorum, qui de naturæ,& artis arcanis,rationibuſque diſſerere & cognoſcere aliquanto exactius cupiunt, conſcriptus edituſque. Ibid. 1599, in 8.

Singularium Pars prima. In qua de abſtruſioribus, difficilioribuſque nonnullis in Philoſophia, Medicina, Chymia, &c. quæſtionibus, utpote de Metallorum, Succinique natura: de carne foſſili, ut credita eſt, de geſtatione cacodæmonum; veneno, aliiſque rarioribus plurimis accurate diſſeritur. Ibidem, 1599, in 8.

Singularium Pars ſecunda. Multa ſcitu jucunda, ac neceſſaria continens, nempe de natura cœleſtium, de cometis, melle, ſympathiis & antipathiis, ſanguinis hauſti mirandis effectibus, dentium, & cognatorum generatione, noctambulis, nyctoblepis, vagitu uterino, agno ſchytico, zoophytis, beſtiarum intellectu, bombycum hiſtoria, ſericique & cognatorum, utpote amianthi, asbeſti, byſſi, &c. controverſis. Ibidem, 1599, in 8.

Singularium Pars tertia. Continens octo libros Bituminum & affinium, hiſtorice,phyſice,chymice,cum controverſiis difficilimis,expoſitorum judicatorumque. Nunc primum in lucem edita, in gloriam Creatoris, & uſum multiplicem variæ ſapientiæ ſtudioſorum, & inprimis de Petroleis, Ambra, *Haloſantho*, Succino, Gagate, Aſphalto, Piſſasphalto, Mumia, Terra Ampelitide, Toruenis, Lithanthrace, Lapide fiſſili, Lyncurio, Dactylo Idæo, Ebore foſſili, Ebeno foſſili,& aliis pluribus cognatis audire nova deſiderantium. Ibidem, 1601, in 8.

Singularium Pars quarta & ultima, continens Hiſtoriam & inveſtigationem fontis medicati ad Tubarim ſub Rotemburgo: Libros Batrachiorum duos de natura, uſu, & Chymia ranarum utriuſque generis: Sectiones duas hiſtoriæ & confutationis Panaceæ, violentia Amwaldi iterum extortæ, & non tantum re geſta & rationibus, ſed & experimentis infelicis curæ penitus confectæ: & tandem de Æthiopibus & Seribus duplicibus tractatiunculam: omnia ita elaborata, & jucundis, minimeque vulgaribus quæſtionibus accurate explicatis exornata, ut ad philoſophandum & medendum non parva rerum copia legentibus offeratur. Ibidem, 1601, in 8.

Novus de Medicina Veterum tam Hippocratica, quam Hermetica tractatus. In cujus priore parte Dogmata pleraque inter utriuſque Profeſſores recentes controverſa, adverſus ultimum per Ioſ. Michelium Paracelſiſtarum conatum diſcutiuntur; In poſteriore univerſale Alchymiſtarum, autoribus Lullio, & Arnoldo, quam liquidiſſime exponitur.

Aſperſa

Aſperſa ſunt paſſim Peripateticorum dogmata nonnulla, & à corruptelis vindicata. Ibidem, 1599, in 8.

Variarum Controverſiarum, earumque etiam ſubtiliorum, inter noſtri temporis Philoſophos & Medicos, Peripateticos, Ramæos, Hippocraticos, Paracelſicos, &c. in Scholis, & alias à Sophiſtis agitatarum libri duo Schediaſtici. Ibidem, 1600, in 8.

Praxis Alchymiæ, hoc eſt, Doctrina de artificioſa præparatione præcipuorum medicamentorum Chymicorum, duobus libris explicata: quorum primus de Deſtillatione aquarum & oleorum: de Salium & Extractorum, Quintarum Eſſentiarum, Aquarum Vitæ, Florum, & Balſamorum, &c. confectione: ab autore Anonymo, propria experientia conſcriptus eſt: alter de Lapide Philoſophorum agit: in quo ut recte is comparandus ſit, remotis omnibus figuris & parabolis, dilucide docetur. Vterque correctus, & declaratus. Nunc ex Germanico idiomate in Latinum traductus. Annexus eſt Libellus Iacobi Beſſoni de abſoluta ratione extrahendi olea & aquas, à medicamentis ſimplicibus, &c. Ibidem, 1604, in 8.

Defenſio & declaratio perſpicua Alchymiæ tranſmutatoriæ, oppoſita Nicolai Guiberti Lotharingi Ph. Med. expugnationi virili: & Gaſtonis Clavei Iuriſconſulti Nivernatis Apologiæ, contra Eraſtum male ſartæ & pravæ. Ita concinnata ut facile pateat etiam vulgaribus Phyſicis Alchymiam ex veræ Sapientiæ, atque adeo etiam Ariſtotelici peripati principiis & fundamentis extructam eſſe, & ſibi perpetuo conſtare, naturæ & artis experimentis, quorum ſecretiora nonnulla in aperta luce ponuntur. Ibidem, 1604, in 8.

Alchymia triumphans de injuſta in ſe Collegii Galenici ſpurii in Academia Pariſienſi Cenſura: & Ioannis Riolani maniographia, falſi convicta, & funditus everſa. Opus Hermeticum, vere didacticum, (ne ἱερατικὸν ſaltem putetur) ſolida explicans Chymiatriæ Hippocraticæ fundamenta: De Quinta eſſentia, magno perfectoque Lapidis magiſterio, principiis, extractis, oleis, aquis, ſalibus, elixyribus, &c. diligenter elaboratum. Ibidem, 1607, in 8.

Antigramania ſecunda, ſupplemento abſurditatum & convitiorum in Galeni artem & profeſſores ejus à Iohanne Gramano Chymico Paracelſico effuſorum, oppoſita. Francof. apud Petrum Kopffium, 1595, in 8.

De Vniverſitate, & originibus rerum conditarum contemplatio ſingularis Theologica, & Philoſophica, juxta hiſtoriam Hexaëmeri Moſaici in Geneſi propoſitam inſtituta, & in VII Libros diſtributa. Ibidem, 1610, in 4.

Epiſtolæ variæ medicæ & Conſilia extant cum Ciſta Medica Ioan. Homungi. Norimbergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

De Theriacæ compoſitione: De Malitioſa Scarificatione: De fœtore puellæ ſingulari Epiſtolæ, extant cum Gregorii Horſtii Obſerv. Medic. ſingul. lib. IV poſterioribus. Vlmæ Suevorum, apud Saurium, 1628.

ANDREAS de LUCHIS, *Neapolitanus*

Diſputatio de Metallo ex Lapide, ex tertio & quarto libro Meteororum Ariſtotelis. Ingolſtadii, apud Davidem Sartorium, 1581, in 8.

AN-

ANDREAS MARCOLINVS FANESTER

Fallopii: De Thermalibus Aquis, præfixa Epiſtola, qua utilitas, docendi modus, & totius rei, quæ in hoc ipſo opere continetur, ſumma, breviter explicatur; publici juris fecit.

ANDREAS MARINVS

Commenrarii in Meſuem extant cum operibus ejuſdem. Venetiis, apud Vincentium Valgriſium, 1575, in fol.

Expoſitio Latina *Andr. Baccii* de cornu Monocerotis. Venetiis, 1566, in 4.

ANDREAS ORDONNÈZ

Compendium perutile de ſanguinis miſſione. Neapoli, apud Lazar. Scorriggium, 1623, in 4.

ANDREAS PLANERVS, *Athesinus*

De Methodo medendi liber unus. In quo habet Lector luculentum præclariſſimi & longe utiliſſimi capitis octogeſiminoni Artis parvæ Galeni commentarium, non tantum veræ Medicinæ, ſed etiam naturalis Philoſophiæ ſtudioſis utilem, & jucundum cognitu. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric-Petri, 1583, in 8.

De Methodo medendi liber ſecundus. In quo habet Lector luculentum præclariſſimorum & longe utiliſſimorum Artis parvæ Galeni, 23, 24, 95, 96, 97, & 98 capitum: quibus ratio curandi morbos Organicos traditur, commentarium. Ibidem, 1585, in 8.

Methodus inveſtigandi locos affectos, conſcripta & propoſita in Academia Tubingenſi. Tubingæ, apud Gruppenbachium, 1579, in 4.

Elegia in Gabrielem Fallopium, Medicorum atque Philoſophorum ſui temporis facile principem conſcripta. Extat cum Fallopii de Aquis Thermalibus libris, Venetiis, apud Ludov. Avantium, 1564, in 4.

DIONYSIVS DAZA CHACON

De Chirurgiæ Theoria & Praxi, tomis duobus. Hiſpanice & Latine. Villadolid, 1609, in fol. Matriti, 1626, in fol.

DIONYSIVS FONTANONVS, *Montis-Peſſulanus Medicus undecunque doctiſſimus. Vixit A. C. 1532. Iuſtus in Chronol. Medic. Iuxta Moreau de V. S. in Pleuritide vixit, 1542.*

De Morborum internorum curatione libri quatuor. In lucem dati à Ioanne Renerio; qui ſingulis capitum initiis cauſas & ſigna morborum ex veteribus claſſicis appinxit. Lugd. apud Frellonium, 1550, in 8. apud Ant. Vincentium, 1556, 1605, in 16. Francof. apud Nic. Baſſæum 1600.

apud

apud Ioh. Saurium, 1611, in 8. Vtrique huic editioni acceſſerunt Selectæ obſervationes chirurgicæ quinque & viginti Guil. Fabricii Hildani. Item ejuſdem de Gangræna & Sphacelo tractatus Methodicus & ſuccinctus.

Cephalalgiæ à Gallico morbo curatio. Extat in Appendice ad tomum 1 Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 94.

DIONYSIVS IONCQVET, *Medicus Pariſienſis*

Hortus ſive Index Onomaſticus Plantarum quas excolebat Pariſiis, annis 1658, & 1659. Acceſſit ad calcem, Stirpium aliquot paulo obſcurius denominatarum Officinis, Arabibus, aliis per Caſparum Bauhinum Explicatio. Pariſiis, apud Franc. Clouzier, 1659, in 4.

DIONYSIVS POMARET, *Monſpelienſis*

Obſervationes Medicæ. Extant cum Obſervationibus Lazari Riverii. Londini, apud Milonem Fleſcher, 1646, in 8, pag. 427.

DIONYSIVS SALVAGNIVS BOESSIVS

Septem miracula Delphinatus. I. De Fonte ardenti. II. De Turre veneni experte. III. De Monte inacceſſo. IV. De Tinis Saſſenagiis. V. De Fonte vinoſo. VI. De Manna Brigantienſe. VII. De Barbero. Gratianopoli, apud Phil. Charnys, 1656, in 8.

DIONYSIVS THRIVERIVS

Hieremiæ Patris, Methodum univerſæ Medicinæ publici juris fecit.

DIONYSIVS ZACHARIVS, *Gallus*

Opuſculum Philoſophiæ naturalis metallorum. Extat cum Bern. Treviſani de Chymico miraculo, &c. libro, à Gerardo Dorneo edito Baſileæ, 1583, apud Conrad. Waldkirch, 1600, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8, p. 777.

DIOPHANES, *Nicæenſis*

De re ruſtica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν : ſeu de Re ruſtica ſelectorum lib. xx. Græce Ioa. Alex. Braſſicani opera in lucem editis, Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latine autem, Iano Cornario interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

De Mulomedicina capita aliquot extant inter Veterinariæ Medicinæ ſcriptores, qui editi ſunt Græce Baſileæ, ap. Ioa. Valder. 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione Ioa. Ruellii, Pariſ. ap. Sim. Colinæum, 1530, in f.

DIOSCORIDES

Fragmenta varia extant apud Aëtium Amidenum; ſcilicet,

Communia auxilia febrium per circuitum repetentium, tetrab. 2, ſerm. 1, cap. 88.

Auxilia ad comitiales, tetrab. 2, ſerm. 2, cap. 16.

Cataplaſmata oculorum lippientium, tetrab. 2, ſerm. 3, cap. 96.

DOMINI de NVYSEMENT

De vero Sale ſecreto Philoſophorum. Et de univerſali mundi ſpiritu. Ludovicus Combachius Latine dedit è Gallico. Caſſellis, 1651, in 8.

DOMINICVS BERTACCHIVS, *Camporegianenſis*

De Spiritibus libri quatuor: nec non de Facultate vitali libri tres. Venetiis, apud Bernard. Iuntam, 1584, in 4.

DOMINICVS BVCIVS, *Carmignolius, Medicus Pedemontanus. Vixit A. C. 1555. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Quæſita quatuor medicinalia, juxta Hippocratis & Galeni ſententiam

tiam examinata. I, An pueros citra XIV annum purgare liceat? II, An in quolibet morbo magno, aſſentientibus viribus, & ætate, mittendus veniat ſanguis? III, An à morborum principio purgandum ſit? IV, An in morbi augmento vacuare, ſeu purgare expediat? Venetiis, apud Ioa. Gryphium, 1551, in 8. Lutetiæ, apud Barth. Honoratum, 1555, in 16. cum Marci Ant. Montiſiani Medicis quæſtionibus. Lugduni, 1577, in 12.

DOMINICVS CHABRÆVS

Augmentum Hiſtoriæ Plantarum univerſalis Ioh. Bauhini. Extat ibidem.

DOMINICVS FORELLVS

Conſilia Medica extant eo in opere quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francofurti, apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4.

DOMINICVS LEO, *Lunenſis de Zuccano*

Ars medendi humanos particulareſque morbos à vertice uſque ad pedes, in tres ſectiones diviſa, quarum prima Capitis; ſecunda Membrorum ſpiritalium; tertia Membrorum nutritioni & generationi famulantium paſſiones continet. Bononiæ, apud Ioan. Roſſium, 1583, in fol. Francof. apud Hæred. Wecheli, 1597, 1627, in 8.

Methodus curandi Febres, Tumoreſque præter naturam, ex Græcorum placitis deprompta. Bononiæ, apud Ioa. Rubeum, 1562, in 4.

De Morbo Gallico Caput ex Methodo curandi febres, &c. extat in Appendice ad primum tomum Operis Veneti de Morbo Gallico. pag. 48.

DOMINICVS de MARCHETIS, *Patavinus*

Anatomia, cui Reſponſiones ad Riolanum, in ipſius animadverſionibus, contra Veſlingium additæ ſunt. Patavii, apud Mathiam Cadorinum, 1654, in 4. Hardervici, 1656, in 12. Accedit Petri de Marchetis nova Obſervatio & Curatio Chirurgica; edita in lucem, à Iacobo Martini, Germano, Patavii, apud Ioa. Baptiſt. Paſquatum, 1554, in 4.

DOMINICVS MARTINVS *de Soſpitello*

Adnotamenta ad Pandectas Medicinæ. Extant cum Matthæi Sylvatici opere Pandectarum. Lugduni, apud Hugon. à Porta, 1541, in fol.

DOMINICVS MASSARIVS, *Vicentinus*

De Ponderibus & Menſuris medicinalibus libri tres. Papiæ, apud Bernardin. de Garaldis, 1516, in fol. cum Angli Bolognini, Alex. Benedicti, Ioa. Almenar, & aliorum operibus, poſtea vero ab innumeris mendis Conradi Geſneri opera repurgati. Tiguri, apud Froſchoverum, 1584, in 8. Huic accedunt etiam alia quædam ejuſdem argumenti; omnia ſtudio Caſpari Wolphii Tigurini in lucem edita.

DOMINICVS MONTHESAVRVS

Correctiones Syntagmatis, Simeonis Sethi de Cibariorum facultate. Extant ibidem.

DOMINICVS PANAROLVS, *Romanus*

Iatrologiſmorum, ſeu Medicinalium Obſervationum Pentecoſtæ quinque, utilibus præceptis, ſingularibus medelis, reconditis ſpeculationibus, portentoſis caſibus refertæ. Quibus diverſa, eaque curioſa in calce adduntur opuſcula. Nempe de Simplicium cognitione Medico neceſſaria. Plantarum Amphitheatralium Catalogus. Chamæleo examinatus. Arcanorum faſciculus primus, & ſecundus. Romæ, apud Franc. Monetam,

tam, 1652, in 4. Francofurti, apud Ioan. Beyerum, 1653, in 4. Hanoviæ, 1654, in 4.

Polycarponia ſeu Variorum fructuum labores. Romæ, 1647, in 12.

DOMINICVS TERELIVS, *Lucenſis*

De Generatione, & Partu hominis libri duo. Lugduni, apud Alex. Marſilium, 1578, in 8.

DOMINICVS TERILLVS, *Venetus*

De cauſis mortis repentinæ diſtinctiſſima tractatio, in qua etiam diſputatur, quid ſit mors, & vita in genere, & quæ mortis cauſæ communes. Singula vero, quæ de cauſis mortis repentinæ enarrantur, hiſtoriis & obſervationibus ad rem facientibus locupletantur. Venetiis, apud hæred. Damiani Zenarii, 1615, in 4.

De Veſicantium recto uſu, ac utilitatibus, mirificiſque in praxi eorum fructibus. Venetiis, apud Ioan. Bapt. Bartonum, 1607, in 4.

DOMINICVS VISNA

Animadverſiones in Theophraſtum de cauſis plantarum. Piſis, 1625, in 4.

DOMINICVS ZONELLVS

De expuitione purulenta cum Tuſſi & Febricula Conſilium, extat eo in opere quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francofurti, apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4. pag. 157.

DOMITIVS MEARA

Pathologica hæreditaria. Dublini, apud Ioh. Franctonium, 1619, in 8.

DONATVS ANTONIVS ab ALTOMARI, *Medicus ac Philoſophus Neapolitanus. Inclaruit circa A. C.* 1558. *Moreau de V. S. in Pleurit.*

Opera omnia in unum collecta, & ab eodem Auctore diligentiſſime recognita & aucta: cum locis omnibus in margine additis. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1565, in fol. Neapoli, 1573, in fol. Venetiis, apud Vincentium Valgriſium, 1574, apud Mejett, 1600, eadem forma. Huic edit. acceſſerunt duæ tabulæ de Pulſibus: & Emendatio ponderum per columnas.

Sunt autem hæc:

De Vtero gerentibus, quod pro præſervatione aborſus Venæſectio non competat ex Hipp. & Gal. ſententia.

De Alteratione, concoctione, digeſtione, præparatione, ac purgatione.

De Sedimento in urinis.

Quod functiones principes juxta Galeni decreta anima non in cerebri ſinubus, ſed in ipſius corpore exerceat.

Quod naturalis ſpiritus in doctrina admittatur, & non omnino ſit abolendus, ut quibuſdam viſum eſt.

Quod exquiſita tertiana, ad ejuſdem Hippocratis & Galeni ſententiam in genere acutorum morborum contineatur.

De Sanitatis latitudine.

De medendis humani corporis malis ars medica.

De medendis Febribus.

De Peſtilenti febre.

De Mannæ differentiis, ac viribus, deque eas dignoſcendi via ac ratione.

De Vinaceorum facultate, & uſu.

Seor-

Seorſim extant :

Methodus alterationis, concoctionis, digeſtionis, præparationis, ac purgationis. Ex Hippocratis & Galeni ſententia. Venetiis, apud Gryphium, 1547, in 4. Lugduni, 1548, in 12.

Nonnulla opuſcula nunc primum in unum collecta & recognita, cum locis omnibus in margine additis. Quibus ultimo accedit de Sanitatis latitudine tractatus, una cum ejuſdem latitudinis tabula, denuo in lucem editus. Venetiis, apud Marcum de Maria, 1561, in 4. Sunt autem iis, quæ jam recenſuimus, priora ſeptem.

Ars Medica de medendis morbis. Neapoli, apud Matthiam Cancrum, 1553, in 4. Lugduni, apud Frellonium, 1559, in 8. Venetiis, apud Marc. de Maria, 1565. apud Paulum Mejettum, 1597, in 4. apud Mejett. 1600.

De Medendis Febribus. Neapoli, apud Matthiam Cancrum, 1555, in 4. Venet. 1562, in 4.

Tabulæ de Differentiis Pulſuum.

DONATUS à MUTIIS, *Raguſæus Medicus. Vixit A. C.* 1536. *Renat. Moreau de V. S. in Pleuritide.*

Epiſtola de Therebinthinæ reſinæ facultatibus. Lugd. apud Melch. & Gaſpar. Trechſel, 1534, in 8. cum Pentapharmaco Gallico Symphoriani Campegii.

In interpretationem Galeni ſuper quatuordecim Aphoriſmos Hippocratis Dialogus. Multa in hoc dialogo, præter omnium fere Medicorum hactenus obſervationem, raræ & abſtruſæ eruditionis enucleantur: multa in Galeni interpretationes argutiſſime animadvertuntur: non pauca denique ad Medicæ artis perfectionem hactenus deſiderata circa finem dialogi explicantur. Anno 1547, in 4.

DUNCANUS BORNETTUS, *Scotus*

Iatro-chymicus, ſive de Præparatione, & compoſitione medicamentorum chymicorum artificioſa tractatus. Editus ſtudio Ioan. Dan. Mylii, Francof. apud Nicol. Hofmannum, 1616, in 4. Francof. typis Kempfferi, 1621, in 4.

DUNCANUS LIDDELIUS, *Scotus*

Operum Iatro-Galenicorum, ex intimis artis Medicæ adytis & penetralibus erutorum, tomus unicus. Nunc recens ab erroribus, & tractatuum & capitum ἀταξίᾳ vindicatus; notatiunculis aliquot in margine auctus, & illuſtratus, opera & ſtudio Ludovici Serrani, Neomagenſis. Lugduni, apud Antonium Card, 1624, in 4.

Hæc Opera ſeptem libris comprehenduntur :

I. Eſt de Phyſiologia.
II. De Pathologia.
III. De Signis Medicis.
IV. De Therapeutica, & de Victus ratione in ſanis & ægris.
V. VI. VII. De Febribus & earum Sympromatibus, de Peſte, de Variolis, & Morbillis.

Seorſim extant :

Ars Medica ſuccincte & perſpicue explicata. Hamburgi, apud Frobenium, 1607, in 8, & 1628, in 8. Huic editioni acceſſit ejuſdem Tractatus de dente aureo pueri Sileſii contra Horſtium, ex Muſæo Ioachimi Morſii

Morſii nunc primum prolatus. Item Ioannis Ieſſenii à Ieſſen Relatio de Ruſtico Bohemo cultri vorace.

De Febribus libri tres. Ibidem, 1610, eadem forma.

Vniverſæ Medicinæ Compendium, quod nervoſis aliquot diſputationibus in illuſtri Iulia quondam incluſit. Helmæſtadii, apud hæred. Iacobi Lucii, 1605, 1620, in 4.

Sunt autem Diſputationes:

Phyſiologicæ decem.
Pathologicæ novem.
Semeioticæ tres.
Therapeuticæ ſeptem.
De Febribus decem.

DVRANS SCACCHVS, *Fabrianenſis*

Subſidium Medicinæ, in quo quantum docta manus præſtet ad immanes morbos evellendos, mirum in modum eluceſcit. Vrbini, apud Raguſios, 1596, in 8.

E.

EBENESVS

Commentarii in v Canonem Avicennæ. Venetiis, apud Domitium de Tridino, 1547, in fol. cum Avicennæ libro de Removendis nocumentis, quæ accidunt in regimine Sanitatis.

ECCARDVS LEICHNERVS, *Thuringus*

De motu Sanguinis exercitatio anti-Harveiana. Arnſtadiæ, apud Ioh. Bircknerum, 1645, 1655, in 12. Ienæ, 1653, in 12.

πύξις Exercitationum, de Calido innato, in Academia Erffurtina antehac publice diſputatarum. Erffurti, apud Paulum Michaëlem, 1654, in 4.

Atomorum Subcœleſtium Syndiacriſis. Ibid. 1645, in 4.

De Generatione exercitationes Phyſicæ. Ibid. 1649, in 4.

De Cordis & Sanguinis motu Hypomnemata VII. Ienæ, 1653, in 12.

ECKERDIVS HEIDENECCIVS

Mnemoneuticon in Aphoriſmos Hippocratis tabulis comprehenſum. Baſileæ, apud Seb. Henr. Petri, in 4.

EDMVNDVS DEANVS, *Anglus*

Samuelis Nortoni Catholicon Phyſicorum edidit.

Ejuſdem: Mercurium Redivivum. Francof. 1630, in 4.

EDMVNDVS HOLLINGVS, *Eboracenus Anglus*

De Chyloſi, hoc eſt, prima ciborum, quæ in ventriculo fit, concoctione, pro veteri Medicorum Schola, Diſputatio. Ingolſtadii, apud Alexandrum Weiſſenhorn, 1592, in 8.

De Salubri Studioſorum victu, hoc eſt, De Literatorum omnium valetudine conſervanda vitaque diutiſſima producenda libellus. Ingolſtadii, apud Andream Angermarium, 1602, in 8.

Medicamentorum œconomia nova. Ingolſtadii, apud Eliſabetham Angermariam, 1610, 1615, in 8.

Ad epiſtolam quandam à Martino Rulando Medico Cæſareo, de lapide

lapide bezoar & fomite luis Vngariæ typis editam, reſponſio. Ingolſtadii, apud Andr. Angermarium, 1611, in 8.

EDOARDVS KELLEVS, *Anglus*

Fragmenta aliquot à Combachio edita. Geiſmariæ, 1647, in 12.

EDOARDVS MEDEIRA, *Arras*

Novæ Philoſophiæ & Medicinæ, de Qualitatibus occultis, à nemine unquam excultæ pars prima, Philoſophis & Medicis perneceſſaria, Theologis vero apprime utilis. Accedit inaudita Philoſophia, de Arboris Vitæ Paradiſi qualitatibus; de Viribus Muſicæ; de Tarantula; ac Qualitatibus electricis & magneticis. Vliſſiponæ, apud Emanuelem Comitem de Troalſo, 1650, in 8.

EDVARDVS WOTTON, *Oxonienſis*

De differentiis Animalium libri decem. Lutetiæ Pariſiorum, apud Vaſcoſanum, 1552, in fol.

EDO NEVHVSIVS

Fatidica Sacra ſive de Divina Futurorum prænunciatione. Amſtelodami, 1635, in 8.

Theatrum Ingenii humani, ſive de cognoſcenda hominis Indole & Secretis animi moribus. Amſtelodami, 1633, in 8.

Theatri ingenii humani liber ſecundus. Ibid. eodem anno & forma.

EFFERRARIVS, *Monachus*

De lapide Philoſophorum ſecundum verum modum formando Epiſtola. Extat cum Veræ Alchemiæ ſcriptoribus aliquot, à Guil. Gratarolo collectis. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1561, in fol. pag. 232, tomi II. & Volumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8.

EILARDVS LVBINVS

Epiſtolarum veterum Græcorum, nempe Hippocratis, Democriti, Heracliti, Diogenis, Cratetis, Phalaridis, Bruti, Aliorumque ad eoſdem. Verſio Latina, cum Textu Græco. Francof. apud Commelinum, 1609, in 8.

EITEL IOACHIMVS KRVPPEL

De morbo Gallico, 1616, in 8.

ELIAS BONVINIVS, *Vratiſlavienſis*

De Theriaca liber, quo de Theriacæ deſcriptione, ingredientium delectu, quantitate, præparatione, ipſius denique antidoti compoſitione, ex Andromachi Senioris mente agitur. Vratiſlaviæ, apud Georgium Bauman, 1610, in 8.

ELPIDIVS BERRELARIVS, *Piſcienſis*

Tractatus de Riſu. Florentiæ, apud Coſmum Iuntam, 1603, in 4.

ELLVCHASEM ELIMITHAR, *de Baldach, Filius Hahadum, filii Ducellam de Baldach. Videtur fuiſſe Indus. Vixit A. C. 1305. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Tacuini ſanitatis, de ſex Rebus non-naturalibus, earum naturis, operationibus, & rectificationibus, publico omnium uſui, conſervandæ Sanitatis, recens exarati. Additi ſunt Albengnefit de Virtutibus Medicinarum, & Ciborum: Iacobus Alkindus de rerum gradibus. Argentorati, apud Ioa. Scottum, 1531, 1533, in fol.

EMA-

EMANVEL GOMESIVS

De Peſtilentiæ curatione methodica tractatio, in qua cauſæ, ſigna præambula, medicamina anteprovida & ſanantia. Antverpiæ, apud Ioach. Trognæſium, 1603, in 4. Lovanii, apud Iac. Zegers, 1637, in 8.

EMANVEL MARTINEZ, *Complutenſis*

De Rebus naturalibus, non naturalibus & contra naturam Libri tres. Additus eſt Tractatus de Modo dignoſcendi Morbum, cauſam, Partem affectam, & reliqua curationem præcedentia. Compluti, apud Anton. Duplaſtre, 1637, in fol.

EMANVEL NONNIVS, *Olyſipponenſis*

De tactu, & tactus organo liber unus. Olyſipponæ, apud Antonium de Lyra, 1589, in 8.

EMANVEL STVPANVS, *Baſilienſis*

Vere aureorum Aphoriſmorum Hippocratis enarrationes, & commentaria aphoriſtica, nova methodo ejuſmodi in ordinem digeſta, quo generalibus præcedentibus tabulis, quilibet Aphoriſmi ad proprium ſuum redacta locum; Phyſiologici in Phyſiologia, &c. juxta uniuſque Iatrices partis ſectionum pertractantur ſeriem; ex iiſdemque prima principia & præcipua totius artis Medicæ, pulcre eliciuntur fundamenta, & complures graviſſimæ deciduntur controverſiæ. Baſil. apud eundem, 1615, in 8.

Barthol. Caſtelli Lexicon Medicum auxit.

Ioa. Riolani Artis Medicinalis Syſtema, in formam 8. redactum, recognovit, ſtudioſiſſime emendavit, & edidit.

Leonardi Fuchſii Inſtitutiones Medicas ab innumeris pæne erroribus repurgatas, plurimis in locis auctiores reddidit.

Præcipua Pſeudothymias capita ex Paracelſo. Baſileæ, 1621, in 4.

Epiſtolæ binæ, extant in ciſta Medica Hornungi. Norībergæ, 1625, in 4.

EMANVEL SWEERTIVS, *Septimontius*

Florilegium, tractans de variis floribus & aliis Indicis plantis, ad vivum delineatum, duabus partibus & quatuor linguis concinnatum. Francof. apud Antonium Kempner, 1612, in fol. Amſtelædami, 1641, in fol.

EMANVEL VRSTISIVS

De graviſſimis quibuſdam capitis aliarumque partium vulneribus, & fœtore cadaveris poſt mortem maximo ac teterrimo. Item de Cornuto quodam homine hiſtoria admiranda, Obſervatio. Extat cum Guil. Fab. Hildani Obſerv. Chirurg. Cent. II. Genevæ, apud Petrum Chouet, 1611, in 8, pag. 99.

De Pleuritide notha Epiſtola, extat Cent. I Epiſtol. Hildani. Oppenheimi, apud Ioa. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 308.

EMBITAR, *Arabs*

Tractatus de Limonibus, Latinitate donatus ab Andrea Alpago. Pariſiis, apud Bindonum, 1602, in 4.

ENGELBERTVS LAMELIN, *Cameracenſis*

De Vita longa libri duo, quibus adjuncta ſunt commoda & incommoda ſobriæ & moderatæ vitæ. Nec non etiam tractatus de peſte, ejuſque præſervatione à patre ejuſdem compoſitus, ab ipſo autem

tem è Gallico in Latinum tranſverſus. Inſulis, apud Petrum de Rache, 1628, in 12.

EPIPHANIVS, *Epiſcopus Conſtantiæ*

Ad Phyſiologum D. Conſali Ponce de Leon Hiſpalenſis interpretis & Scholiaſtæ, bimeſtre otium. Romæ, apud Zanettum & Ruffinellum, 1587, in 4, Græce & Latine.

De XII Gemmis, quæ erant in veſte Aaronis, liber Græcus, & è regione Latinus, Iola Hierotarantino interprete, cum Corollario Conradi Geſneri. Extat cum opere de Omnium foſſilium genere à Geſnero edito, Tiguri, apud Iacob. Geſnerum, 1566, in 8.

EPIPHANIVS FERDINANDVS, *Meſſapienſis*

Theoremata Medica & Philoſophica, mira doctrinæ varietate, novoque ſcribendi ordine donata, & in tres libros digeſta. Venetiis, apud Thomam Ballionum, 1611, in fol.

Centum hiſtoriæ, ſeu Obſervationes & caſus medici, omnes fere medicinæ partes, cunctoſque Corporis humani morbos continentes, quæ non minus ob Theoricam, & praxin, quam ob variam eruditionem, aureaſque digreſſiones, erunt Philoſophis, & Medicis, aliarumque bonarum artium ſtudioſis apprime utiles, neceſſariæ, ac perjucundæ, lectuque digniſſimæ. Ibidem, apud eundem, 1621, in fol.

De vita proroganda, juventute conſervanda, & ſenectute retardanda. Neapoli, apud I. B. Gargam & Lucretium Muccium, 1612, in 4.

Aureus de Peſte libellus varia, curioſa & utili doctrina refertus, atque in hoc tempore unicuique apprime neceſſarius. Neapoli, apud Dominicum Maccaranum, 1631, in 4.

ERASINVS

Laudes Medicinæ, verſu redditæ per Eobanum Heſſum. Argentinæ, apud Henr. Sybold, 1530, in 8.

ERASMVS HEDENVS

De Contagione & infectione Peſtifera admonitio. Lipſiæ, 1598, in 4.

ERASMVS REMBOLDVS

Epiſtola Medica extat cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

ERASMVS ROTERODAMVS

Galeni Paraphraſtæ Menodoti filii ſuaſoriam ad Artes orationem, ex Græco, in Latinum vertit.

Item ejuſdem: De optimo docendi genere.

ERASMVS STELLA, *Libanothanus*

De Gemmis libellus unicus. Accedit Plinius Secundus de Gemmis. Argentorati, apud Henr. Sybold, 1530, in 8.

ERHARDVS CELLIUS

De vita & morte nobilis ac clariſſ. viri Philippi Apiani Ingolſtadienſis, Med. Doct. ac Profeſſ. in Academia Tubingenſi, anno 1589, die 4 Novemb. pie in Chriſto mortui. Tubingæ, apud Georg. Gruppenbach, 1591, in 4.

ERHARDVS HEDENECCIVS, *Villacenſis*

Μνημονικὸν ſeptem Hippocratis Aphoriſmorum ſectionum, in

φιλιατρῶν gratiam & uſum tabulis comprehenſum. *Baſileæ*, apud Sebaſt. Henric-Petri, 1585, in 4.

ERICVS MOHY, *Eburon*

Tertianæ Criſis. Qua DD. Petri Barbæ Protomedici Praxi curandæ tertianæ, & V. F. Plempii Profeſſoris Lovanienſis primarii animadverſio diſcutitur, ac legitima demum Tertianæ curatio exponitur. Lovanii, 1642, in 4.

Pulvis Sympatheticus, quo vulnera ſanantur, abſque medicamenti ad partem affectam applicatione & ſuperſtitione; Galenicorum Ariſtotelicorumque cribro ventilatus, 1634, in 4. ſuppreſſo loci & typographi nomine.

ERNESTVS FRIDERICVS FABRICIVS, *Charitinus*

Medicinæ utriuſque Galenicæ & Hermeticæ Anatome Philoſophica, brevem, ſuccinctam & perſpicuam abſolutæ artis Medicæ oculis ſubjiciens Sciagraphiam. Francofurti, apud Ioh. Frider. Weiſſenhorn, 1633, in fol.

ERNESTVS HEINRICVS

Epiſtolæ quædam Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

ERNESTVS REVCHLINVS

Amuletum contra Peſtilentiam. Magdeburgæ, apud Andr. Ghene, 1564, in 8.

ERNESTVS SONERVS, *Norlbergenſis*

Epiſtolæ quædam Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioan. Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

De Melancholia Diſputatio. Extat Decade III Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1620, in 4.

EROTIANVS

Vocum, quæ apud Hippocratem ſunt, collectio. Cum Annotationibus Bartholomæi Euſtachii. Venetiis, apud Luc-Antonium Iuntam, 1566, in 4.

EROTES

Muliebrium liber, extat in Gynæciorum libris ab Iſr. Spachio editis, pag. 42. Cum Medicis antiquis, Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. pag. 71.

ESDRA

Antidotus extat apud Aëtium Amidenum, tetrab. 4, ſerm. 1, c. 101.

EVAX, *Rex Arabum, Medicinæ ſtudioſiſſimus, familiaris Neroni. Vixit A. C. 59. Iuſtus in Chronol. Medic. Moreau de Pleurit. Vixit A. C. 50.*

De Gemmis ſcriptum, olim à Poëta quodam non infeliciter carmine redditum, & nunc primum in lucem editum. Opera & ſtudio D. Henrici Rantzovii. Lipſiæ, apud Georg. Defnerum, 1585, in 4.

EVANDROPHYLAX

Adverſus Aceſiam Cacodoxum, qui ſe falſo Endoxum Philalethem facit, Antapologia. Brixiæ, apud hæredes Damiani Turrini, 1572, in 4. Auctor eſt Vincentius Calzavelia Brixianus.

EVANGELISTA QVATRAMMVS, *de Augubio*

Tractatus brevis de Præſervatione & Curatione Peſtis. Romæ olim

ante xxx annos editus. Iam vero ex Italico Latinus opera Andr. Hiltebrandi M. Lipſiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1618, in 8.

Tractatus de Theriaca & Mithridatio. Ferrariæ, 1597, in 4.

EVARDVS LEICHNERVS, *Saltzunga Thuringus*

De Generatione ſeu propagativa Animalium, Plantarum, & Mineralium Multiplicatione, Exercitationes Phyſicæ Antiperipateticæ xx. Vna, eaque poſtrema, Humanæ Animæ Traductionem adverſus omnes contradicentium Strophas, invictiſſime demonſtrat. Erfurti, apud Spangenberg, 1649, in 4.

De Cordis & Sanguinis motu Hypomnemata ſeptem. Ienæ, apud Chriſtian. Laur. Kempffium, 1653, in 12.

EVCHARIVS RHODION, *Medicus Francofortenſis ad Mœnum, Simplicium Indagator non inelegans. Vixit A. C.* 1548. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Partu hominis, & quæ circa ipſum accidunt, adeoque de Parturientium & Infantium morbis, atque cura libellus. Pariſiis, 1535, in 8. Venetiis, apud Bernardinum Bindonis, 1536, in 12. Francof. apud Chriſtoph. Egenolphum, 1551, 1556, in 8.

EVDOXVS PHILALETHES

Adverſus calumnias & ſophiſmata cujuſdam Perſonati, qui ſe Euandrophylacten nominavit, Apologia. Veronæ, apud Sebaſt. à Donnis, 1573, in 4. Auctor eſt Hieronymus Donzellinus.

Adverſus calumnias cujuſdam perſonati pro libello de Febre peſtilente Hieronymi Donzellini Apologia. Venetiis, apud Sebaſt. à Donnis, 1574, in 4.

EVMELVS

De Mulomedicina capita aliquot extant inter Veterinariæ Medicinæ ſcriptores, qui editi ſunt Græce Baſileæ, apud Ioa. Valderum, 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione Ioannis Ruellii, Pariſiis, apud Sim. Colinæum, 1530, in fol.

EVRICIVS CORDVS, *Simeſuſius, Profeſſor Academiæ Marpurgenſis. Herbarum Indagator exquiſitiſſimus. Obiit A. C.* 1538. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Botanologicon, ſive Colloquium de Herbis. Coloniæ, apud Ioan. Gymnicum, 1534, in 8. Pariſiis, apud Morellum, 1551, in 16. una cum Valerii Cordi Annotationibus ad Dioſcoridem.

Nicandri Theriaca, & Alexipharmaca in Latinos verſus redacta. Francof. apud Chriſtoph. Egenolphum, 1532, in 8.

Iudicium de Herbis, & medicamentis ſimplicibus. Ibidem, 1549, cum Dioſcoridis contextu, & Gualtheri Ryffii Scholiis.

De abuſu Vroſcopiæ concluſiones, earundemque enarrationes, adverſus mendaciſſimos errones medicaſtros, qui imperitam plebeculam, vana ſua uroſcopia & medicatione, miſere bonis & vita ſpoliant. Ibid. 1546, in 8.

EVSTACHIVS MATERENSIS

Carmina de Bajanis Thermis, quibus quæque morbis medeantur. Venetiis, 1587, in 4.

EVSTACHIVS QVERCETANVS

Acroamaton in librum Hippocratis de Natura hominis Commentarius

tarius unus. Baſileæ, apud Ioan. Oporinum, 1549, in 8. cum ejuſdem Scholiis in lib. Gal. de Temperamentis.

EVSTACHIVS RVDIVS, *Vtinenſis*

De uſu totius corporis humani liber. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1588, in 4.

Liber de Anima. In quo probatur Galenum de Vegetalis, & Sentientis animæ ſubſtantia reliquis omnibus rectius ſenſiſſe; veriora tum mortis, tum vitæ principia & cauſæ traduntur, nec non rationalis animæ immortalitas efficaciſſimis rationibus probatur. Patavii, apud Petrum Bertellum, 1611, in 4.

De Pulſibus libri duo. Qui omnia, quæ à Galeno decem & octo libris de Pulſibus dicta ſunt, ſed clara nihilominus, & accurata methodo complectuntur. Patavii, apud Paul.Mejettum, 1602, in 4. Francof.apud Ioan. Spieſſium, 1602, in 8. Ibidem, apud Zonnerum, 1642, in 8.

Ars Medica, ſeu de omnibus humani corporis affectibus, ſive internas ejus, ſive externas partes, ſive etiam totum corpus obſideant, medendis, Libri quatuor. Ipſam etiam Theoricam partem vulgo dictam totam, & Practicam ſinu ſuo complectens, & non ſolum Therapeuticen, ſeu Curatricem, verum quoque Prophylacticen, aut Conſervatricem, & tam Chirurgicen, quam Phyſicen appellatam, cum Veteribus Græcis, & Arabibus, tum recentioribus noſtræ ætatis doctiſſimis & expertiſſimis Medicis uſitatam, exactiſſimo ordine diſpoſitam, ſingulari cum facilitate fuſe pariter, ac methodice docentes, & explicantes. Liber primus, in quo de Capitis, Cervicis, Thoracisque vitiis diſſeritur. Venetiis, apud Rob. Mejettum, 1590, 1592. apud Ioa. Ant. & Iac. de Françiſcis, 1608, in fol.

Artis Medicæ, aut de Humani corporis affectibus, ſive internas ejus, ſive externas partes, ſive etiam totum corpus obſideant, medendis, Liber ſecundus: Partium nutritioni, generationi, articulationibusque inſervientium affectus accurata valde, & perſpicua, perfectaque methodo explanans. Ibidem, apud utroſque, iiſdem annis, ac formis.

Artis Medicæ, ac de Humani corporis affectibus medendis, Liber tertius, in quo de Febribus, & aliis totum corpus obſidentibus vitiis agitur, atque omnis fere Hygieinæ, Pathologiæ, Semeioticæ, Prognoſticæ, Therapeuticæ doctrina, & Theoremata breviſſime, ſimul, & uberrime, &c. traduntur. Ibidem, apud eoſdem, anno, forma iiſdem. Apud Franc. de Franciſcis, 1596, in fol.

De Affectibus externarum corporis humani partium, Libri ſeptem. In quorum primis quinque de Morbis; in duobus reliquis de Symptomatibus quam accurate diſſeritur; utriſque & Chirurgis, & Phyſicis communes, & utiliſſimi. Venetiis, apud Ioa. Ant. & Iac. de Franciſcis, 1606, apud Societatem, eodem anno, in fol.

De Vlceribus libri tres, non minus Phyſicis, quam Chirurgis vocatis Medicis utiliſſimi. Patavii, apud Franc. Bolzettam, 1602, in 4.

De Tumoribus præter naturam, Libri III. Venetiis, apud Ciottum, 1600, in 4.

De Morbis occultis, & venenatis libri quinque. In quibus hæc Medicinæ pars, reliquarum omnium præſtantiſſima, & utiliſſima, quæ hacte

nus tenebris circumſepta jacuit, ſoloque empirico ritu tractata fuit, ad lucem, & certam rationalem methodum revocatur. Venetiis, apud Thomam Baglionum, & Societatem, 1610, in fol.

De Morbo Gallico libri quinque : à Mundino Mundinio è privatim domi legentis ore excepti, atque ita diviſi, in capitaque diſtributi. Venetiis, apud Damzenarium, 1604

EWALDVS ab HOGELANDE

Hiſtoriæ Tranſmutationis Metallicæ. Cui acceſſit Raimundi Lullii Vita. Coloniæ Agripp. 1604, in 8.

EWALDVS VOGELIVS

Hiſtoriæ aliquot Tranſmutationis Metallicæ pro defenſione Alchimiæ contra hoſtium rabiem. Coloniæ Agrip. 1604, in 8.

De Lapidis Phyſici conditionibus liber : quo abditiſſimorum Auctorum Gebri & Raymundi Lullii methodica continetur explicatio. Et Chemiſtarum omnium opera tanquam ad normam examinantur, utrum in perfectionis via conſiſtant, nec ne. Coloniæ, apud Henric. Falckenberg, 1595, in 8. Extat quoque volumine III Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

EZECHIEL BEYER

Epiſtola Medica extat cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

EZECHIEL de CASTRO

Ignis lambens, hiſtoria medica, proluſio phyſica, rarum pulchreſcentis naturæ ſpecimen. Veronæ, apud Franciſcum Rubæum, 1642, in 8.

Amphitheatrum medicum, in quo Morbi omnes, quibus impoſita ſunt nomina ab Animalibus, raro ſpectaculo debellantur. Liber primus, ab homine in morbo palimbulo. Veronæ, apud Franc. Rubeum, 1646, in 8.

F.

FABIANVS SOMMERVS, è *Thermis Carolinis oriundus*

De inventione, deſcriptione, temperie, viribus, & uſu Thermarum Caroli IV Imp. Lipſiæ, apud Ioh. Steinman, 1571, in 8. apud Abrahamum Lamberg, 1589, in 8.

FABIVS COLVMNA

Φυτοβάσανος, ſive Plantarum aliquot hiſtoria : in qua deſcribuntur diverſi generis Plantæ veriores, ac magis facie, viribus reſpondentes, antiquorum Theophraſti, Dioſcoridis, Plinii, Galeni, aliorumque delineationibus, ab aliis hucuſque non animadverſæ. Acceſſit inſuper Piſcium aliquot, Plantarumque novarum hiſtoria. Neapoli, apud Ioa. Iac. Carlinum & Ant. Pacem, 1592, in 4.

Minus cognitarum rariorumque noſtro cœlo orientium ſtirpium ἔκφρασις. Qua non paucæ ab Antiquioribus Theophraſto, Dioſcoride, Plinio, Galeno, aliiſque deſcriptæ, præter illas etiam in φυτοβασάνῳ editas diſquiruntur ac declarantur. Item, de Aquatilibus aliiſque nonnullis animalibus libellus. Romæ, apud Iacobum Maſcardum, 1616, in 4. prima pars Romæ excuſa eſt, 1606, altera, 1616.

Purpura, hoc eſt, de purpura ab animali teſtaceo fuſa, de hoc ipſo animali,

animali, aliiſque rarioribus teſtaceis quibuſdam tractatus. Romæ, apud eundem, 1616, in 4.

FABIVS PACIVS, *Vicetinus*

Commentarius in ſex priores Galeni libros Methodi medendi. Vicetiæ, apud Georg. Græcum, 1598, in fol.

Commentarius in ſeptimum Galeni librum Methodi medendi, quæſtionibus Phyſicis, & Medicis refertus: & de Morbo Gallico per Methodum curando. Vicetiæ, apud Franc. Groſſum, 1608, 1610, in fol.

FABIVS PAVLINVS, *Vtinenſis*

De Viperis in trochiſcorum apparatu pro Theriaca adhibendis diſputatio. Venetiis, apud Rubeum Mejettum, 1604, in 4.

Prælectiones Marciæ, ſive Commentaria in Thucydidis hiſtoriam, ſeu narrationem de Peſte Athenienſium. Venetiis, apud Iuntas, 1603, in 4.

In libros Artis medicinalis Galeni per tabulas œconomia. Extat cum Operibus Ioa. Argenterii. Hanoviæ, apud hæredes Cl. Marnii, 1610, in fol.

FABIVS VLMVS

De Mellis decenti quantitate pro Mellis & Theriacæ decenti quantitate. Venetiis, 1614, in 4.

FABRITIVS BARTOLETVS, *Bononienſis*

Anatomica humani microcoſmi deſcriptio, per theſes diſpoſita, in Clariſſimo Amphitheatro Piſano propoſita. Bononiæ, apud Sebaſt. Bonomium, 1619, in fol.

Encyclopædia Hermetico-Dogmatica, ſive orbis doctrinarum medicarum Phyſiologiæ, Hygieinæ, Pathologiæ, Semeioticæ, & Therapeuticæ. Bononiæ, apud Sebaſt. Bonomium, 1619, in 4.

Methodus in Dyſpnœam, ſeu de Reſpirationibus libri quatuor. Cum Synopſibus. Quibus quintus pro colophone acceſſit de Curationibus ex Dogmaticorum & Hermeticorum penu depromptis. Bononiæ, apud hæredes Euangeliſtæ Dozzæ, 1633, in 4.

De Hydrope Pulmonum. Bononiæ, 1629, in 4.

FABRITIVS COCANARIVS, *Tibur*

Theonoſton, ſeu de Vita producenda, atque incolumitate corporis conſervanda dialogus. Coloniæ, apud Gerhardum Grevenbruch, 1620, in 4. Romæ, 1617, in 4.

FABRITIVS PADVANVS, *Forolivienſis*

Tractatus duo. Alter de Ventis: Alter de Terræ motu. Bononiæ, 1601, in fol.

FABRITIVS PAVLINVS

Prælectio de Catena Aphoriſ. Hippocrat. primæ ſectionis, edita à Iohanne de Medicis. Venetiis, in 4.

FABRITIVS VEZALVS

De Expuitione cruenta cum Febre hectica Conſilium extat eo in opere, quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4, pag. 159.

FACONDINVS ANGELINVS, *Ariminenſis*

Methodus pro Veneſectione eligenda. Patav. 1641, in 4. Ib. 1650, in 4.

FEDERICVS BONAVENTVRA, *Vrbinas*

De natura partus octimeſtris adverſus vulgatam opinionem libri decem.

decem. In quibus abſolutiſſima de humani partus natura cognitio traditur. Francof. 1601, in fol. Venetiis, 1602, in fol.

Anemologia, ſeu de Affectibus, ſignis & cauſis Ventorum. Vrbini, apud Batthol. & Sim. Raguſios, 1594, in 4.

Vtrum homo affici rabie poſſit, affectus interire, ex Ariſtotelis ſententia. Exſtat cum Opuſculis editis Vrbini, apud Marc. Anton. Mazzantinum, 1627, in 4.

FEDERICVS CHRYSOGONVS, *Iadertinus*

De modo Collegiandi, Prognoſticandi, & Curandi febres, nec non de humana felicitate, ac denique de fluxu & refluxu maris, Lucubrationes. Venetiis, apud Ioa. Ant. de Sabbio, 1528, in fol.

FEDERICVS IAMOTIVS, *Bethunienſis*

Galeni Paraphraſtæ Menodoti filii ſuaſoriam ad Artes Orationem recognovit, & annotationibus illuſtravit.

Demetrii Pepagomeni Tractatum de Arthritidis natura, & Curatione, ex Græco, in Gallicum tranſtulit idioma.

FEDERICVS MORELLVS

Hippocratis de Pharmacis purgantibus libellus. Ex Cujaciano Cod. à R. P. S. I. exſcriptus: hactenus in plerisque Hippocratis editionibus deſideratus. Quem & Latinè vertit & Notis illuſtravit. Pariſiis, apud Ioh. Libert, 1621, in 24.

Iatroſophiſtæ librum, de Vrinis, Græcum, Latine vertit.

Antonii Pichonii Verſionem Latinam, Explicationis Nicephori Gregoræ, in Librum Syneſii de Inſomniis, recognovit, una cum Operibus Syneſii.

Theophili de Vrinis, Græcum, Latine interpretatus eſt.

FELICIANVS BETERA, *Brixianus*

De cunctis humani corporis affectibus. Maligna ſcilicet & deleteria qualitate. De Febribus malignis & peſtilentibus, De Morbo Gallico, Venefico, Malignitate, Feritate, Cacurgia, Veneno, Corruptione, Putredine, Fermentatione. De Putredinis peſtilentis forma, morbisque fulminantibus, & vulgaribus pro tertii libri Aphoriſmorum ordine præſagiendis, deſumpta occaſione ex peſte Brixiani anni 1577, exactiſſima tractatio. Quæ in duodecim libris reſolvitur. Vbi tota fere Ars medica ad ſummum cauſarum, ſignorum, curationumque maximo cum ejuſdem quotidiano fructu, per divinum veluti quoddam ſublimata eſt. Brixiæ, apud Franc. Thebaldinum, 1591, 1601, 1629, in fol.

Enarrationes in morborum malignitatem, in obitu Michaëlis Boni Brixiæ Prætoris celeberrimi. Brixiæ, apud Sabbios, 1611, in fol.

FELIX ACCOROMBONVS

Sententiarum difficilium Theophraſti, in Lib. de Plantis explicatio. Romæ, 1590.

In Librum Galeni de Temperamentis Annotationes. Ibidem, 1590.

FELIX CASTELLVS

Conſilia Medica extant eo in opere quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4.

FELIX HEMMERLIN

De Balneis naturalibus excerpta extant Operis Veneti de Balneis, p. 290.

FELIX

Felix Platerus, *Baſilienſis*

De Partium corporis humani ſtructura, & uſu libri tres. Tabulis methodice explicati, Iconibus accurate illuſtrati. Baſileæ, apud Ambroſium Frobenium, 1583, in fol. apud Ludov. König, 1603, eadem forma.

Quæſtiones Phyſiologicæ de partium in Vtero conformatione, extat cum Severino Pindo de Notis Virginitatis. Lugd. Batavor. 1650, in 12.

De Mulierum partibus generationi dicatis, Icones, una cum explicationibus, ipſarum delineationem accurate oſtendentes, Tabulæ, ſtructuram uſumque harum methodice deſcribentes. Quibus quoque quo pacto oſſa mulieris à viri oſſibus hiſce ſedibus varient, breviter adjectæ fuerunt, Obſervationes & curationes aliquot affectuum partibus hiſce accidentium. Partim ex opere ipſius Anatomico prius excuſo, partim ex obſervationum libro nondum edito deprompta extant in Gynæciorum libris ab Iſr. Spachio editis, primo loco.

Quæſtionum Medicarum Paradoxarum, & Endoxarum, juxta partes Medicinæ diſpoſitarum, Centuria poſthuma: opera Thomæ Plateri Fel. Fr. edita. Baſileæ, 1625, in 8. Pariſiis, apud Ioa. Proſt, 1632, in 8.

Praxeos Medicæ tomi tres. Quorum primus agit de Functionum læſionibus libris duobus, quorum primus Senſuum; ſecundus Motuum læſiones continet, illarumque Symptomata in generibus. Morbos, eorumque Cauſas, in Cauſis: & Curam in curatione proponit. Secundus tractat de Doloribus, libro uno, qui tertius eſt totius Operis, atque itidem Doloris Symptomata in generibus: Morbos, eorumque Cauſas, in Cauſis: & Curam in curatione exhibet. Tertius recenſet Vitia libris duobus, quorum primus Corporis: ſecundus Excrementorum vitia continet, ſingulaque illorum Symptomata in generibus: Morbos, eorumque Cauſas in Cauſis: & Curam in curatione declarat. Omnia methodo nova, ſed facili, & perſpicua, hactenusque diu deſiderata, deſcripta: nec ſolum veterum neotericorumque, ſed & propriis obſervationibus, ac remediis innumeris referta. Baſileæ, apud Conr. Waldkirch, 1602, 1608, in 8. apud Ludov. Regem, 1625, in 4. Accedente opera Thomæ Plateri Fr. Quæſtionum Paradoxarum & Endoxarum Centuria poſthuma.

De Febribus liber: Genera, cauſas, & curationes febrium tribus capitibus proponens. Præfixis tabulis tribus, ordinem & methodum ſingulorum capitum demonſtrantibus. Adjunctis inſuper Hiſtoriis viginti, curationes febrium præcipuorum generum, morborumque quorundam febres comitari, ſubſequique ſolitorum, deſcribentibus. Francof. apud Hæred. Wecheli, 1597, in 8.

Obſervationum, in Hominis Affectibus pleriſque, corpori & animo, functionum læſione, dolore, aliave moleſtia & vitio incommodantibus, libri tres, &c. Baſileæ, apud Ludov. König, 1614, 1641, in 8.

Conſilia aliquot Medica extant eo in opere quod Ioan. Phil. Brendelius edidit Francof. apud Palthenium, 1615, in 4.

De Gangræna Epiſtola. Extat Cent. 1 Epiſt. Guil. Fabr. Hildani. Oppenheimi, apud Ioa. Theod. de Bry, 1619, in 4. pag. 311.

Felix Scarella

De Theriaca. Patavii, 1635, in 4.

FERDINANDVS BALAMIVS, *Siculus*

Galeni, De optima noſtri corporis conſtitutione librum interpretatus eſt. Item, De bona Habitudine. Item, De Oſſibus ad Tyrones. Item, de Hirudinibus, Revulſione, Cucurbitula, Scarificatione de Oſſibus liber prodiit. Roſtochii, 1636, in 8. de Boni & mali ſucci cibis eodem interprete. Lugd. 1555, in 12.

FERDINANDVS CASSANVS, *Vigianulenſis*

Quæſtiones duæ, quarum altera eſt, Quod ſanguis & Pituita in venis ſanorum corporum, actu ſit, Potentia humores alii. Altera vero, Quod ſedimentum ſanorum, & ægrorum ejuſdem ſit ſpeciei. Neapoli, apud Gio. Mariam Scottum, 1561, in 8.

Quæſtio Medica, Quod tertiana exquiſita non ſit morbus acutus, contra recentiores ſcriptores. Cum brevi apologia. Venetiis, apud Nicol. Tridentinum, 1564, in 8.

FERDINANDVS EVSTACHIVS

De vita humana à facultate medica proroganda. Romæ, 1588, in 4.

FERDINANDVS MENA

Methodus Febrium omnium, & earum Symptomatum curatoria, Hiſpaniæ Medicis potiſſimum ex uſu. Acceſſit Liber de Septimeſtri partu, & de Purgantibus medicinis, eodem & expoſitore, & enarratore. Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1568, in 4.

Claudii Galeni de Pulſibus ad tyrones liber, è Græco in Latinum ſermonem converſus; cum ejuſdem commentariis doctiſſimis, adjectis paſſim plurimorum locorum in libros Galeni de Pulſibus caſtigationibus. Compluti, apud Ioan. Brocarium, 1553, in 4.

Liber Galeni de Vrinis omnium Medicorum principis: una cum commentariis locupletiſſimis. Eodem autore & interprete. Compluti, apud Ioan. Brocarium, 1553, in 4.

Commentaria in libros Galeni de Sanguinis miſſione, & purgatione. Quibus additur libellus utiliſſimus de ratione permiſcendi medicamenta, quæ paſſim in uſum veniunt. Auguſtæ Taurin. apud Ioa. Baptiſt. Bevilaquam, 1587, 1589, in 8.

Commentum in libros proprios de venæ ſectione & purgatione. 1558, in 8.

De medicamentorum Compoſitione. Compluti, 1558, in 8.

FERDINANDVS PINTIANVS

Obſervationes in loca obſcura, aut depravata, Hiſtoriæ naturalis C. Plinii, cum retractationibus quorundam locorum Geographiæ Pomponii Melæ. Lociſque aliis non paucis in diverſis utriuſque linguæ auctoribus vel caſtigatis, vel expoſitis à nemine hactenus animadverſis. Salmanticæ, apud Ioan. Giuntam, 1544, in fol.

FERDINANDVS PONZETTVS

De Venenis libri tres. Romæ, apud Iac. Mazochium, 1521, in 4. & cum Santis Ardoyni Opere de Venenis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1492, in fol. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1562, in fol.

FERDINANDVS RODERICVS CARDOSVS

Methodus medendi ſumma facilitate, ac diligentia in tres libros diſtributa: quorum primo de Indicationibus in genere: ſecundo ſpecialiter de

de Curativis: ac tertio de Præſervativis,atque vitalibus agitur. Venetiis, apud Vinc. Somaſchum, 1618, in 4.

De ſex Rebus non Naturalibus: primum quidem ab autore ipſo editus; nunc vero emendatior in lucem emiſſus per Petrum Vffenbachium. Francof. apud Paul. Iacobum, 1620, in 8.

FERDINANDVS SALANDVS, *Salodienſis*

Tractatus de Purgatione. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1607, in 4.

Conſilium de Melancholia hypochondriaca, Catharro falſo, diminuta purgatione menſium, vomitu, aliiſque affectibus præter naturam in magnifica muliere. Veronæ, apud Ang. Tam. 1607, in 4.

FERRANTVS IMPERATVS

Hiſtoriæ Naturalis libri XXVIII. Cum figuris Lapidum, Corallorum, Spongiarum, Plantarum & fructuum. Neapoli, 1599, in fol.

De Foſſilibus. Neapoli, 1610, in 4.

FICINVS MARSILIVS

De Epidemio morbo, ſive Peſtilentia liber. Ex Italico in Latinum verſus ab Hieronymo Ritio Ticinenſi. Aug. Vindel. 1518, in 4. Genevæ, apud Ioa. le Preux, 1595, in 12.

FIDEIVSTVS REINNECCERVS, *Salfeldenſis*

Theſaurus chymicus experimentorum certiſſimorum collectorum, uſuque probatorum. Cum præfatione Ioachimi Tanckii D. de Medicina. Lipſiæ, apud Thomam Schurerum, 1609, in 8. Francofurti, 1620, in 12.

FLAMINIVS CICONIA, *Vicentinus*

Quæſtiones naturales. Vicentiæ, 1593, in 4.

FLORENTINVS

De re ruſtica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν: ſeu de Re ruſtica ſelectorum lib. XX. Græce Ioa. Alex. Braſſicani opera in lucem editis Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latine autem, Iano Cornario interprete, Baſil. apud Frobenium, 1540, in 8.

FLORIVS BERNARDVS

Brevis exercitatio de Vltimo corporis alimento, cum aliquot digreſſiunculis. Exſtat cum reſponſionum & conſultationum medicinalium tomo unico Iulii Cæſaris Claudini, Venetiis, apud Bertanos, 1646, in 4.

FOGLIA

De Faucium ulceribus. Neapoli, 1563, in 4. Ibid. 1631, in 4. +

FORBERGIVS MYSIVS

Expoſitio Latina de Secretis Antimonii Alex. à Suchten. Baſileæ, apud Petr. Pernam, 1575, in 8.

FORESIVS

Hippocratis Coi Aphoriſmi, Commentariis ſuccinctis ac dilucidis illuſtrati: editi ſunt per Adamum Lonicerum, Francof. 1551, in 8. apud Chriſtoph. Egenolphum, 1554, in 8.

FORTVNATVS FIDELIS

Contemplationes Medicæ. Panormi, in 4.

Medicinæ patrocinium. Panormi, 1598, in 4.

De Relationibus Medicorum libri quatuor. In quibus ea omnia, quæ in forenſibus, ac publicis cauſis Medici referre ſolent, pleniſſime traduntur. Panormi, apud Io. Anton. de Franc. 1602, in 4.

FORTVNIVS LICETVS, *Genuenſis*

De Vita libri tres. Quibus accuratiſſime Philoſophorum, Medicorum ac Theologorum placita primum extenduntur: deinde circa vitam & generatim, & ſpeciatim circa Plantalem, Brutalem, Humanam, Cæleſtem, & Mundanam, ſummo ſtudio diſquiritur quid ſit unaquæque ſeorſim; quo innitatur & conſervetur; quot & quas habeat proprietates, operationes, differentias, & ſpecies: ac demum difficilia quæque contingentia circa propoſita explanantur diligentiſſime, multis Ariſt. dogmatibus illuſtratis. Venetiis, apud Societatem, 1606, 1607, in 4. Genuæ, apud Ioſ. Pavonium, 1607, in 4.

De Anima ad corpus phyſice non propenſa Dialogus. Vtini, apud Nicolaum Schirattum, 1637, in 4.

De Mundi & Hominis Analogia liber unus. Ibidem, apud eundem, 1635, in 4.

De Ortu Animæ humanæ libri tres. Genuæ, apud Ioſeph. Pavonium, 1602, in 4. Venetiis, apud Societatem & Sebaſtianum Mylium, 1603, in 4. Francof. 1606, in 8.

De Animarum coëxtenſione Corpori libri duo. In quibus ex rei natura, conſulto ſemper Ariſtotele, oſtenditur Animam tum vegetalem, tum ſentientem, tum rationalem, ſubdito ſibi corpori toti coextendi, ac in omnibus ejus particulis ſigillatim ſuam eſſentiam habere omniquaque diffuſam; nullamque animam in ulla viventis corporis particula, quantumvis principe, velut in ſuo domicilio totam contineri: quidquid cum Platone plerique paſſim opinentur. Patavii, apud Petr. Bertellium, 1616, in 4.

De Intellectu agente lib. v. Patavii, 1623, in fol.

De Animarum Rationalium immortalitate libri IV. Patavii, 1629, in fol.

De Novis Aſtris & Cometis. Venet. 1623, in 4.

De Lucernis antiquorum reconditis libri VI. Genuæ, 1602, in 4. Vtini, 1652, in fol.

Hydrologiæ Peripateticæ diſputationes. Vtini, 1655, in 4.

De Natura primo movente libri II. Ibid. 1634, in 4.

De Luminis natura & efficientia libri III. Ibid. 1640, in 4.

De Terra, unico centro motus ſingularum cœli particularum diſputationes. Ibid. 1640, in 4.

De Feriis Altricis Animæ nemeſeticæ diſputationes: in quibus Encyclopediæ, Medicinæ, Philoſophiæ, celſioriſque Sapientiæ præſidio propulſantur ab olim culto mirabili mortalium Ieiunio vulgatæ recens oppugnationes Aſitiaſtis de caſtro. Patavii, apud Variſcum Variſcium, 1631, in 4.

De Anima ſubjecto corpori nil tribuente, deque Seminis Vita, & Efficientia primaria in formatione Fœtus liber unus. In quo reſpondetur oppoſitionibus Ant. Ponce Sanctacrucii. Patavii, apud Variſcum Variſcium, 1631, in 4.

De

De rationalis Animæ varia propenſione, ad corpus libri duo, Patavii, apud Paulum Frambottum, 1634, in 4.

De perfecta Conſtitutione hominis in utero liber unus. In quo cauſæ omnes fœtum conſtituentes; ſingularum functiones, & rationes operandi ex rei natura in Peripato explicantur, ſpeciatimque oſtenditur ut Parentum imaginatio maculas expetitorum filiis inurat: ut fœmineum ſemen non raro ſit maſculeo viribus æquipollens, & aliquando actuoſius: ut menſtruum, quo conceptus gignitur, ſpecie ortuque differat ab eo, quo fœtus enutritur. Patavii, apud Petrum Bertellium, 1616, in 4.

De Monſtrorum cauſis, natura, & differentiis libri duo. In quibus ex rei natura in Peripato monſtrorum hiſtoriæ, cauſæ, generationes, & differentiæ omnes; ſcilicet longe plures, longeque aliæ, ac illæ ſint, quæ paſſim à ſapientibus afferri conſuevere; cum generatim & in plantarum, & in belluarum genere: tum etiam præſertim in humana ſpecie conſiderantur. Multis illuſtrium autorum locis difficillimis explanatis de Maſculo parturiente, de fœminis in viros mutatis, de Hermaphroditorum natura, de diſſimilium ſpecierum venere prolifica, de caſtratorum fœcunditate, de puero lapideſçente, de animantis aurea parte, aliiſque admirabilibus. Patavii, apud Gaſp. Crivellarium, 1616, in 4. apud Paul. Frambottum, 1634, in 4. edit. auctior, & iconibus æneis Monſtrorum præcipuorum illuſtrata.

De Spontaneo viventium ortu, Libri quatuor. In quibus de generatione animantium, quæ vulgo ex putri exoriri dicuntur, accurate aliorum opiniones omnes primum examinantur: cauſæ ſingulæ propoſiti deinde cum generatim, tum etiam ſpeciatim ex rei natura deteguntur, patefacto præſertim Efficiente proximo univoco eorum, quæ in fungorum, plantarum, zoophytorum, & animalium genere ſponte naſcuntur, &c. Vicetiæ, apud Dominicum Amadum, 1618, in fol.

De His, quæ diu vivunt ſine alimento, Libri quatuor. In quibus diuturnæ inediæ obſervationes, opiniones, & cauſæ ſumma cum diligentia explicantur; ac opportune de Alimento, de alendi functione, de nutriendo corpore, de fame, de ſiti, de calore nativo, de humido radicali, de temperamento, de excrementorum uſu, de colliquamentis, de metalli, veneni, medicamenti, miſti, ac elementi cujuſlibet habitudine ad alendum corpus, de ecſtaſi, de ſiderum, dæmonum, & conſuetudinis viribus in Inedia, de proprietatibus occultis, & de quamplurimis aliis ſcitu digniſſimis exactiſſime diſſeritur, &c. Patavii, apud Petrum Bertellium, 1612, in fol.

Athos perfoſſus, ſive Rudens eruditus in Criomixi quæſtiones de Alimento Dialogus prior: in quo montis Atho tetriores umbræ ſupra quadringentas, locutionem præſertim, & morum omne genus, nec non etiam variarum Diſciplinarum claſſem obtenebrantes, diſcutiuntur. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1636, in 4.

De duplici Calore corporum naturalium Dialogus Phyſico-medicus. Vtini, apud Nicol. Schirattum, 1636, in 4.

Vlyſſes apud Circen, ſive de Quadruplici transformatione, deque varie transformatis hominibus Dialogus. Vtini, apud Nicolaum Schirattum, 1636, in 4.

Litheo-

Litheoſphorus ſive de Lapide Bononienſi, lucem in ſe conceptam ab ambiente claro mox in tenebris mire conſervante. Vtini, apud Nicol. Schirattum, 1640, in 4.

De Quæſitis per Epiſtolas à claris viris reſponſa. Bononiæ, apud Nicol. Thebaldinum, 1640, in 4.

De ſecundo-quæſitis per Epiſtolas à claris viris, ardua, varia, pulchra, & nobilia quæri, petentibus in Medicina, Philoſophia, Theologia, Matheſi, & alio quovis eruditionum genere reſponſa. Vtini, apud Nicol. Schirattum, 1646, in 4.

De tertio-quæſitis per Epiſtolas clarorum virorum medicinalia potiſſimum & aliarum diſciplinarum arcana poſtulantium reſponſa. Ibidem, apud eumdem, eodemque anno & forma.

De Motu ſanguinis, origine nervorum, cerebro leniente cordis æſtum, imaginationis viribus, Quarto-Quæſitis per Epiſtolas clarorum virorum reſponſa Medico-Philoſophica. Vtini, apud eundem, 1647, in 4.

De Providentia: Nimbiferi gripho: Terræ motu: aliiſque plurimis, admirandis & arduis Quinto-Quæſitis per Epiſtolas, à Claris Viris Reſponſa. Vtini, apud Nicol. Schirattum, 1648, in 4.

De Septimo-Quæſitis: Creatione Filii Dei ad intra, Theologice denuo controverſa: Numinis efficientia, ſive concurſu Dei cum Cauſis ſecundis, ad effectus producendos, & pravos ſpeciatim: Salute Animæ Ariſtotelis: Diabolo homicida ab initio, qui nec in veritate ſtetit, quia mendax eſt,& pater ejus: Oraculo S. Paulini, Eſto Peripateticus Deo, & Pythagoreus Mundo: Ratione ac Origine Moris antiqui, ſingulariter in convivio bibendi: Simplicibuſque Complexionibus, inter Medicos principes controverſis Reſponſa. Vtini, apud eundem, 1650, in 4.

Pyronarcha, ſive de Fulminum natura, deque Febrium origine libri duo. In quibus & Fulminum in Mundo magno, & Febrium in Mundo parvo cauſæ naturales omnes, modus originis, idea, proprietates, differentiæ, ac effectus admirabiles accurate tractantur: diligenter explicato vetere Grypho Pynonarchæ, à Cælio Igiano inter Flores Medicos deſcripto. Patavii, apud Crivellarium, 1634, in 4.

De Propriorum Operum hiſtoria, Libri duo. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1634, in 4.

FRANCISCVS de ACCOLTIS, *Aretinus*

De Thermis Puteolorum & vicinis in Italia, liber. Neapoli, 1575, in 4.

FRANCISCVS AGVILAR

De Febrium putridarum Curatione adverſus Bernardum Caxanes. Valentiæ, 1593, in 8.

FRANCISCVS ALEXANDER, *Vercellenſis*

Apollo, omnem compoſitorum, & ſimplicium normam ſuo fulgore ita irradians, ut ejus meridiana luce contenti Medici & Pharmacopolæ, omni librorum copia neglecta, omni denique erroris nebula fugata, ad quævis opera facilime ſe accingere valeant. Venetiis, apud Gratioſ. Perchacinum, 1565, in fol. Francof. apud Ioan. Spieſſium, 1604, in 4.

De peſte. Auguſtæ Taurinorum, 1586.

FRAN-

FRANCISCVS ALPHANIVS, *Salernitanus*

Opus de Peſte, Febre peſtilentiali, & febre maligna. Nec non de Variolis, & morbillis, quatenus nondum peſtilentes ſunt. Neapoli, apud Horat. Salvianum, 1577, in 4. Hamb. 1589, 1618, in 8.

FRANCISCVS ANTONIVS, *Londinenſis*

Panacea aurea, ſive tractatus duo de ipſius Auro potabili. Hamburgi, apud Frobenium, 1618, in 8.

FRANCISCVS ANTONIVS CASERTA, *Neapolitanus*

Pars prima Tractationem in Medicinæ Theoriam, non ſolum Medicis, ſed Phyſicis omnibus perutilis & perjucunda. Neapoli, apud Ioa. Iacob. Carlinum, 1608, in 4.

Pars ſecunda. In qua tum Febrium Theoria, tum Putredinis natura pertractatur. Neapoli, apud Dominic. Roncaliolum, 1609, in 4.

De Natura & Symptomatis Motus Animalis. Neapoli, 1620, in 4.

FRANCISCVS ARCÆVS, *Fraxinalenſis Hiſpanus*

De recta curandorum Vulnerum ratione, & aliis ejus artis præceptis libri duo. Ejuſdem de Febrium curandarum ratione. Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1574, in 8. cum Alvari Nonnii doctiſſimis in pleraque capita adnotationibus. Amſtelædami, apud Petrum van den Berghe, 1658, in 12.

FRANCISCVS ARETINVS

De Balneis Puteolorum & aliis excerpta, extant Operis Veneti de Balneis, pag. 290, in fol.

FRANCISVS BACON, *de Verulamio*

Hiſtoria Vitæ, & Mortis, ſive Titulus ſecundus in Hiſtoria naturali & experimentali ad condendam Philoſophiam: quæ eſt Inſtaurationis magnæ pars tertia. Coloniæ, 1545, in 8. Londini, apud Ioa. Haviland, 1623, in 8. Lugd. Batav. apud Ioh. Maire, 1637, in 16.

Partitio Doctrinæ circa Corpus Hominis in Medicinam & Voluptariam. Partitio Medicinæ in officia tria, vid. in Conſervationem, Morborum Curationem, & Prolongationem Vitæ: quodque Pars poſtrema de Prolongatione Vitæ disjungi debeat à duabus reliquis. Extat libro IV, cap. II, de Dignitate & Augmentis Scientiarum. Londini, apud eundem, 1523, in fol. Pariſiis, apud Petrum Mettayer, 1624, in 4. Argentorati, 1635, in 8.

Inſtauratio Magna. Londini, 1620, in fol.

De dignitate & Augmentis ſcientiarum libri IX. Argentorati, apud Zetznerum, 1635, in 8.

Hiſtoria Naturalis & Experimentalis de Ventis. Lugd. Batav. 1638, in 12.

Sylva Sylvarum & Atlas Novus. Amſtelod. 1648, in 12.

FRANCISCVS BALDESIVS

Quæſtio de Gangrenæ & Sphaceli diverſa curatione. Venetiis.

FRANCISCVS BERNARDINVS, *Calidonius*

Præſervator Sanitatis. Quo Sanitatis tuendæ præcepta carmine deſcribuntur. Spiræ, 1539, in 8. apud Andelovium, 1549, in 8.

FRANCISCVS BONAFIDES

De Cura Pleuritidis per Venæſectionem. Venet. 1533, in 4.

FRANCISCVS BONAMICVS, *Florentinus*

De Alimento libri quinque. Vbi multæ Medicorum Sententiæ delibantur, & cum Ariſtotele conferuntur. Complura etiam problemata in eodem Argumento notantur, & quibuſdam ex Græca lectione priſtinus nitor reſtituitur. Florentiæ, apud Barthol. Sermartellium jun. 1603, in 4.

FRANCISCVS BOVSSVETVS, *Surregianus*

De Natura Aquatilium carmen, in univerſam Guilielmi Rondeletii, quam de Piſcibus marinis ſcripſit, hiſtoriam. cum vivis eorum imaginibus. Lugduni, apud Matthiam Bonhomme, 1558, in 4, tomis duobus.

De Arte Medendi libri XII. Ex veterum & recentiorum Medicorum ſententia. Ibidem, apud eundem, 1557, in 8.

FRANCISCVS BRVSCHIVS, *Mantuanus*

Promachomachia Iatrochymica. In qua Chymiatrice præſtantia adverſus Miſochymicum pugnando propugnatur. Mantuæ, apud Aurel. & Ludov. Sannam, 1623, in fol.

FRANCISCVS CABALLVS, *Brixienſis. Vixit circa A.C.* 1506. *Juſtus in Chronol. Medic.*

De animali paſtillos theriacos, & Theriacam ingrediente. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1503, in fol. cum Antonii Cermiſoni Conſiliis. Lugduni, apud Iacobum Myt, 1525, in 4. cum Barth. Montagnanæ aliquot operibus, & ejuſdem Cermiſoni Conſiliis.*

FRANCISCVS CALCEOLARIVS, *Veronenſis*

Petri Andreæ Matthioli Compendium de plantis omnibus, una cum earum iconibus, de quibus ſcripſit ſuis in commentariis in Dioſcoridem editis, in eorum ſtudioſorum commodum, atque uſum, qui plantis conquirendis, ac indagandis ſtudent. Acceſſit præterea ad calcem Opuſculum de itinere, quo è Verona in Baldum montem Plantarum refertiſſimum itur; iiſdem ſtudioſis utiliſſimum. Venetiis, apnd Valgriſium, 1586, in 4. Poſterius hoc Opuſculum extat quoque cum Anatome Plantarum Petri Andreæ Matthioli. Francof. 1586, in 4.

Muſæum. Veronæ, 1622, in fol.

FRANCISCVS CAMPVS

De morbo arietis libellus Lucæ, 1586, in 8.

FRANCISCVS CASERTA

De natura & ſymptomatibus motus animalis. Neapoli, 1624, in 4.

FRANCISCVS CASSANVS, *Taurinenſis. Claruit circa A. C.* 1546. *Renatus Moreau de V. S. in Pleuritide.*

Quæſtio de ſectione venæ in pleuritide. Extat cum Libellis de Doſibus. Patavii, apud Gratioſ. Perchacinum, 1546, in 8. Venetiis, apud Vinc. Valgriſium, 1562, in 8.

FRANCISCVS CHOMEL, *Annonenſis*

Obſervationes Medicæ. Exſtant cum obſervationibus Laz. Riverii. Londini, apud Milonem Fleſcher, 1646, in 8, pag. 356.

FRANCISCVS CIGALINVS, *Comenſis*

Epiſtolæ duæ ad Thaddæum Dunum de Oxymelitis uſu & viribus, maxime in pleuritide, extant cum ejuſdem Duni Epiſtolis medicinalibus, Tiguri, apud Ioa. Wolphium, 1592, in 8, impreſſis.

FRAN-

FRANCISCVS CITESIVS, *Pictavienſis*

Opuſcula Medica. Pariſiis, apud Sebaſt. Cramoiſy, 1639, in 4.

Sunt autem:

De tempeſtivo Phlebotomiæ ac purgationis uſu, Diſſertatio adverſus hæmophobꝯs.

Abſtinens Confolentanea, cui obiter annexa eſt pro Iouberto Apologia. Apud Franciſc. Chouet, 1602, in 8.

Abſtinentia puellæ Confolentaneæ ab Iſr. Harveti confutatione vendicata. Cui præmiſſa eſt ejuſdem puellæ ἀναζήτησις.

De novo & populari apud Pictones dolore colico bilioſo Diatriba.

Advis ſur la nature de la Peſte, & ſur les moyens de s'en preſerver & guerir.

Abſtinens Confolentanea; cui obiter annexa eſt pro Iouberto Apologia. Extant cum Pauli Lentuli Hiſtoria de Prodigioſa Apoloniæ Schreieræ Inedia. Bernæ Helvet. apud Ioan. le Preux, 1604, in 4. Montiſpeſſuli, 1602, in 8.

FRANCISCVS COLLVTIVS, *Veliternus*

De querelis Nephriticis ex renum Calculo libri tres. Venetiis, apud Ioa. Bapt. Ciottum, 1620, in 8. Romæ, 1624, in 4.

FRANCISCVS COVRCELLVS, *Ambianus*

De vera mittendi ſanguinis ratione in hæmatothraſcas liber, quatuor ſectionibus explicatus. Francofurti, apud hæred. Wecheli, 1593, in 8.

FRANCISCVS DISSALDEVS, *Pariſienſis*

Pharmaconetes, ſive pharmacitis biblos: Liber continens pharmaca tam ſimplicia, quam compoſita, quæ in officinis parata habere debent Pharmacopœi. Lugduni Batav. apud Ioa. Maire, 1627, in 12. cum Val. Cordi Diſpenſatorio.

FRANCISCVS DVRATIVS

In Galeni de locis affectis libros VI. Venet. 1557, in 8.

FRANCISCVS EMERICVS, *Oppavianus, Medicus Viennenſis clariſſimus. Vixit A. C.* 1538. *Iuſtus in Chronol. Medic. Renat. Moreau de V. S. in Pleuritide.*

Medicorum auxiliorum dexter uſus, ad veram Hippocratis, & Galeni mentem. Noribergæ, apud Ioa. Petrejum, 1537, in 4.

FRANCISCVS FABRITIVS, *Ruremundanus*

De Balneorum naturalium, maxime eorum quæ ſunt Aquiſgrani & Porceti, natura & facultatibus, tum qua ratione illis utendum ſit, libellus. Coloniæ, apud Maternum Cholinum, 1564, in 8. apud Iaſparum Gennepæum, 1546, in 4. Coloniæ, apud Ioan. Kinckium, 1616, 1617, in 8.

Conſilia quædam de Arthritide, extant eo in opere, quod Henricus Garetius edidit Francof. apud Ioan. Wechelum, 1592, in 8.

FRANCISCVS FEYNEVS

Medicina Practica: in quatuor libros digeſta. Opus vere aureum, ſummorum medendi Artificum puram putam doctrinam præferens, ac ſelectiſſimis probatiſſimiſque Remediorum formulis abunde inſtructum, ad felicem facilemque omnium Corporis humani affectuum diagnoſis prognoſin, & curationem. Nunc primum è Bibliotheca Cl. V. Renati Moræi,

Morai. Studioſorum uſibus benigne conceſſum. Lugduni, apud Io. Anton. Huguetan & Marc. Anton. Ravaud, 1650, in 4.

FRANCISCVS FOGEROLÆVS

De Senum affectibus præcavendis, nonnulliſque curandis enarratio. Lugduni, apud Ioa. de Gabiano, 1610, in 4.

Methodus in ſeptem Aphoriſmorum libros ab Hippocrate obſervata, omnibus tamen retro ſæculis inaudita, &c. Pariſiis, apud Adrianum Perier, 1612, in 4.

FRANCISCVS de FRANCISCIS

Prælectionum Monſpelienſium tomus primus, in quo continentur Commentarius in Hippocratis Iusjurandum; Pathologia univerſalis abſoluta: & tractatus de Criſibus. Genevæ, apud Iacobum Stoer, 1618, in 8.

FRANCISCVS FRANCHINVS

De ſanguinis miſſione liber. Venetiis, 1571, in 8.

FRANCISCVS FRIZIMELICA, *Patavinus*

De Morbo Gallico tractatus, extat tomo 11 Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 28.

De Balneis Metallicis arte parandis. Patav. 1659, in 8.

FRANCISCVS GEOCRINVS

Apologia in Victorem Bonagentem, qua refutantur, quæ adverſus celeberrimam quæſtionem Hier. Boniperti de minuendis humoribus in morborum initiis ab eodem conſcripta, & publicata ſunt. Venetiis, 1547, in 8.

FRANCISCVS GLISSONVS, *Anglus*

Anatomia Hepatis. Cui præmittuntur quædam ad rem Anatomicam univerſe ſpectantia. Et ad calcem Operis ſubjiciuntur nonnulla de Lymphæ-ductibus nuper repertis. Londini, apud Octav. Pullein, 1654, in 8. Amſtelodami, apud Ioa. Ravenſteyn, 1659, in 8.

Tractatus de Rachitide ſeu morbo puerili Rikets dicto. Londini, apud Sadlerum, 1650, in 8.

FRANCISCVS HERNANDEZ

Nova Plantarum, Animalium, & mineralium Mexicanorum hiſtoria: à Nardo Antonio Reſcho in Volumen digeſta: à Io. Terentio, Io. Fabro, & Fabio Columna Lynceis, Notis, & additionibus longe doctiſſimis illuſtrata. Cui demum acceſſere aliquot ex Principis Federici Cæſii Frontiſpiciis Theatri Naturalis Phytoſophiæ Tabulæ, una cum quamplurimis Iconibus, ad octingentas, quibus ſingula contemplanda graphice exhibentur. Romæ, apud Blaſium Deverſinum & Zanobium Mazottum, 1651, in fol.

FRANCISCVS HILDESHEIM

De Cerebri, & Capitis morbis internis Spicilegia. In quibus primo morbi cujuſque Catholica proponuntur: inde Conſilia & curationes variæ attexuntur: denique empirica morborum remedia, ipſiuſque Autoris experimenta hiſtorica adferuntur. Francof. apud Egenolphum Emmelium, 1611, in 8. apud Eraſmum Athletam, 1612, in 8.

FRANCISCVS IMPERIALIS, *Terrilius*

De Medicina libri duo. Genuæ, apud Ant. Bellonum, 1554, in 4.

Muſæum Hiſtoricum & Phyſicum. Venetiis, 1640, in 4.

FRAN-

FRANCISCVS INDIA, *Veronenſis*

De Gutta Podagrica, Chiragrica, & Arthritica libri duo. In quibus natura earum, & curatio miro ordine diſcutitur, & enucleatur. Et medicamenta non vulgaria, magnæque vis, & efficaciæ præſtantiſſimæ, & quæ à nullo unquam antea fortaſſe excogitata, proponuntur. Veronæ, Societatis Aſpirantium cura, 1600, apud Bindonum, 1602, in 4.

Hygiphylus, ſive de febre maligna Dialogus. In quo de Veſicantium medicamentorum, Hyacinthi, Zapphyri, Smaragdi, & aliorum; de auri, & argenti in re medica abuſu, & de optimo Theriacæ uſu circa malignam febrem, tractatur. Veronæ, apud Hier. Diſcipulum, 1593, 1599, in 4.

Hygiphylus tertius, de Symptomatibus febris malignæ. Veronæ, apud Hieron. Diſcipulum, 1599, in 4.

FRANCISCVS IOEL

Operum Medicorum tomus primus, in quo univerſæ Medicinæ compendium ſuccinctis quæſtionibus & tabulis comprehenſum traditur. Vtilitatis publicæ cauſa in lucem editus à Matthæo Bachmeiſtero. Cum cenſura & præfatione ampliſſ. facultatis Medicæ in Academia Roſtochienſi. Hamb. apud Henr. Carſtens, 1616, in 4. Roſtochii, 1630, in 4.

Operum Medicorum tomus ſecundus, in quo practicæ, ſeu Methodi curandorum morborum particularium lib. I & II. De morbis & affectibus Capitis, Cerebri, Organorum ſenſuum, faucium & colli: prout multorum annorum experientia author edoctus publice olim tradidit. Vtilitatis publicæ cauſa in lucem emiſſus & pluribus Chymicis floſculis ac experimentis auctus, à Matthæo Bachmeiſtero. Hamburgi, apud Henr. Carſtens, 1617, in 4.

Operum Medicorum tomus tertius. In quo Practicæ ſeu Methodi medendi particularis lib. III & IV. De morbis & affectibus Thoracis, Ventriculi, & inteſtinorum. Prout publice olim autor tradidit, nunc demum in lucem emiſſus, variiſque experimentis & Chymicis remediis auctus à Matthæo Bachmeiſtero. Hamb. apud Henr. Carſtens, 1618, in 4.

Operum Medicorum tomus quartus. In quo Practicæ ſeu Methodi curandorum morborum particularium lib. V, VI, VII, VIII, IX, & X. De morbis & affectibus Hepatis, Lienis, Renum, Veſicæ, Genitalium, Mulierum, Puerorum, & externarum partium. In lucem emiſſus & Annotatiunculis auctus à Matthæo Bachmeiſtero. Lunæburgi, apud Andr. Michaëlem, 1622, in 4.

Operum Medicorum tomus quintus, in quo Methodi curandorum morborum univerſalium libri duo. De Febribus & Venenis in genere & in ſpecie continentur. Ad uſum publicum reviſus, correctus, & illuſtratus à Franciſco Ioëlis Auth. Nep. Roſtochii, apud Ioh. Hallervordium, 1629, in 4.

Operum Medicorum tomus ſextus, qui continet Methodum univerſalem curandi morbos, Chirurgi manu ut plurimum tractandos, uſui & bono publico olim à Franciſco Ioële F. reviſus, & nunc luci datus à Franciſco Ioële Nep. Roſtochii, apud Ioan. Hallervordium, 1630, in 8. 1631, in 4.

De morbis Hyperphyſicis & rebus Magicis Theſes cum appendice de ludis lamiarum in Monte Bructero. Roſtochii, 1599, in 8.

Methodus Medendi. Lugd. Batav. 1637, in 12.

FRANCISCVS LEIVA, *Corduanus*

Antiparadoxa de motu duplici. Cordubæ, 1634, in 4.

FRANCISCVS MARIA de TECTORIIS, *Vrbinas*

Compendium Medicinæ practicæ: ſeu Formulæ remediorum, quibus humores excrementitii, habita ſimul partium affectarum ratione, præparari, atque evacuari: reliquiæ item abſumi, & partes ipſæ corroborari ſolent. Francof. apud Paltheniuum, 1601, in 12.

FRANCISCVS MARIA VANNOTIVS

De Aqua Minerali Salmacina. Romæ, 1642, in 4.

FRANCISCVS MARIVS GRAPALDVS

De Partibus ædium cum additamentis, opuſculum: in quo quæ ad Medicinam illuſtrandam faciunt, plurima traduntur. Parmæ, apud Franc. Vgoletum, 1506, in 4.

FRANCISCVS MARTIANVS

Antiparalogiſmus ad ea, quæ Excellentiſſ. DD. Aëtius Cletus & Ioannes Manelphus ſcripſere contra annotationem D. Proſperi Martiani ad Marſilium Cagnatum. In quo Hippocratis authoritate recentiorum Medicorum abuſus notantur circa venæ ſectionem potiſſimum in Pleuritidis curatione. Opus non minus curioſum quam utile iis qui Medicinam non vulgari conſuetudine, ſed ex arte cupiunt exercere. Romæ, apud Guil. Facciottum, 1622, in 4.

FRANCISCVS MASSARIVS, *Venetus, Philoſophus & Medicus eruditiſſimus. Vixit A. C. 1530. Iuſtus in Chronol. Medic.*

In nonum Plinii de naturali hiſtoria librum Caſtigationes & Annotationes. In quo agitur de natura Aquatilium, ac remotiore Piſcium cognitione. Baſileæ, apud Frobenium, 1537, in 4. Pariſiis, apud Mich. Vaſcoſanum, 1542, eadem forma.

FRANCISCVS MATTHÆVS FERNANDEZ, *Pacenſis*

Quæſtiones in libros quatuor Ariſtotelis de Meteoris. Lugduni, 1643, in fol.

De Facultatibus Naturalibus, diſputationes Medicæ & Philoſophicæ. Granatæ, apud Barthol. de Lovencana, 1619, in 4.

FRANCISCVS MICHINVS, *de Sancto Archangelo*

Obſervationes Anatomicæ. Venetiis, 1554, in 4.

FRANCISCVS MVRATORIVS

Apologia adverſus calumniatores Therapiæ, quam ipſe in vulnere brachii ex ſclopeto adhibuit. Bononiæ, apud Bindonum, 1600, in 4.

FRANCISCVS *vander* MYE

De Officio medici præſidii & morbis ab urbe recuperata graſſantibus Bredanis, erroribus variis practicorum & medicamentis tempore obſidionis in præſidio pro militibus præſcriptis. Bredæ, apud Iac. Seldenſlach, 1630, in 4.

FRANCISCVS NOLA, *Parthenopæus*

De Epidemio Phlegmone anginoſo graſſante Neapoli. Venetiis, apud Ioa. Bapt. Ciottum, 1620, in 4.

FRANCISCVS OCLERIVS, *Tridinenſis*

Aphoriſmorum Hippocratis Sectiones ſeptem. Quibus ex Antonii Muſæ

Muſæ Commentariis adjecta fecit, & octava. Et ad imminuendum ſtudioſorum laborem ſinguli Aphoriſmi ſelecti fuere, tam ad febres, quam ad morbos ſingulos attinentes: ut facile unuſquiſque uno intuitu quæcunque in Aphoriſmis continentur, cernere poſſit. Vicentiæ, apud Franciſc. Lenium, 1610, in 24.

FRANCISCVS OSWALDVS GREMBS

Arbor integra & ruinoſa Hominis; id eſt, Tractatus medicus theoretico-practicus, in tres libros diviſus. In quo Sana & Morboſa Hominis natura ex Archæis, ſeu Spiritibus innatis tanquam ſuis radicibus proveniens dilucide demonſtratur, ac ſimul de Rerum principiis & elementis, Meteoris, Lapidibus, Mineralibus, Vegetabilibus, Animalibus; de Vſu, & defectibus Partium humani corporis, de Anima, de Febribus, Peſte, Venenis, Vita longa & brevi, & tandem de Remediis Paracelſicis juxta conſenſum & diſſenſum Hippocratis, Galeni, & Helmontii, in Exegeſi Remediorum Galenicorum, & Chymicorum, Hiſtoriarumque medicarum breviter & accurate diſſeritur. Francof. apud Ioan. Georg. Spörlinum, 1657, in 4.

FRANCISCVS PARTHINVS

Epiſtola ad Petrum Andr. Matthiolum, extat lib. 1 Epiſt. Matthioli, pag. 122.

FRANCISCVS PATRICIVS

Magia Philoſophica, hoc eſt Zoroaſter, & ejus cccxx Oracula Chaldaica. Aſclepii Dialogus, & Philoſophia magna. Hermetis Triſmegiſti Pycmander. Sermo Sacerd. Clavis. Sermo ad Filium, Sermo ad Aſclepium. Minerva mundi & alia Miſcellanea. Nunc primum ex Bibliotheca Ranzoviana è tenebris eruta & Latine reddita. Hamburgi, 1593. in 8.

FRANCISCVS PECCETTIVS, *Caleſtinus*

Cheirurgia, in qua omnia tam ad hujus artis Theoriam, quam Praxin ſpectantia traduntur, & diligentiſſime explicantur, in quatuor libros digeſta. Quorum in primo agitur de Tumoribus omnibus præter naturam, Tuberculis, & Excreſcentiis humano corpori evenientibus. In ſecundo de Vulneribus generatim & particulatim incipiendo à capite, & ordinatim uſque ad pedes deſcendendo, & tam à Sclopeto factis, quam à quolibet alio Inſtrumento, ſive venenato, ſive non venenato. In tertio eadem ratione & ordine de Vlceribus. In quarto peragitur in genere, & ſingulatim de Fracturis, de Luxationibus, & demum de Mittendo ſanguine, & qualibet in materia pro utraque parte pulcherrime dubitationes proponuntur, & optime ſolvuntur. Florentiæ, apud Iuntas, 1616, in fol. Francof. apud Godof. Tampachium, 1619, in 8, 2 vol.

FRANCISCVS de PEDEMONTIO

Supplementum in ſecundum librum ſecretorum remediorum Ioannis Meſuæ, quæ vocant de Appropriatis. Extat cum Meſuæ Operibus. 1541, in fol.

De Balneis excerpta extant pag. 427. Operis Veneti de Balneis.

FRANCISCVS PEREZ CASCALES *de Guadalajara*

De faſcinatione. Matriti, 1611, in 4.

De affectionibus puerorum liber. Ibidem, 1611, in 4.

FRANCISCVS PERLA, *Calvienſis*

Hippocratis Coi Liber de Locis in homine, Commentariis illuſtratus. Romæ, apud Bernard. Tanum, 1638, in 4.

De Balſamo & Opobalſamo Orientali. Cum ejuſdem Reſponſione ad Stephani de Gaſparis Oppugnatorem. Romæ, 1641, in 12.

FRANCISCVS PERRELLVS, *Pariſienſis*

De Febribus intermittentibus, deque veris intermiſſionum cauſis libellus. Cui adjectæ ſunt obſervationes quædam de urinis, quarto potiſſimum die, quibuſlibet quidem in morbis, ſed in peſtilentibus maxime, ad certam ſalutis vel mortis conjecturam, obſervandis. Pariſiis, apud Ant. Drovard, 1597, in 8.

FRANCISCVS PIIART, *Doctor, Medicus Pariſienſis*

Περιστατικὸν ad Artis Medicæ ἐπόπτας, pro Veſperiis, in Scholis Medicorum, anno M. DC. XXXIV, Novembris XXVIII. Pariſiis, apud Ioan. Libert, 1635, in 8.

FRANCISCVS PLAZZON, *Patavinus*

De Partibus generationi inſervientibus libri duo. Quibus omnium & ſingulorum organorum utriuſque ſexus, ad generationem concurrentium, ſtructura, actiones, & uſus perſpicua brevitate explicantur, & multa circa eadem problemata enodantur. Patavii, apud Laur. Paſquatum, 1621, in 4. Lugd. Batav. apud Dav. Lopes de Haro, 1644, in 4.

De Vulneribus ſclopetorum tractatus. In quo eorum natura, & perfecta curatio, Chirurgica methodo explicantur, & ſymptomata quæ hæc vulnera comitantur, accurate corriguntur. Venetiis, apud Rob. Meglietum, 1618, in 4. Patavii, apud Bolzettam, 1643, in 4.

FRANCISCVS PIDOVX

De febre purpurea. Auguſtoriti Pictonum, 1656, in 4.

FRANCISCVS PLEMPIVS

Munitio Fundamentorum Medicinæ Vopiſci Fortunati Plempii, adverſus Iacobum Primiroſium, alterum Heroſtratum, ea deſtruere conantem. Vbi breviter milleni ipſius errores oſtenduntur. Amſtelodami, apud Ioach. à Metelen, 1659, in 4.

FRANCISCVS PONA, *Veronenſis*

Medicinæ Anima, ſive Rationalis praxis Epitome. Selectiora remedia ad uſum Principum continens. Veronæ, apud Emanuelem Lermam, 1629, in 4.

Academico-Medica Saturnalia. Veronæ, 1652, in 8.

Prudentia Medica. Venetiis, 1650, in 12.

Antidotus Bezoartica adverſus omnia venena. Veronæ, apud Angelum Lamium, 1622, in 12.

FRANCISCVS du PORT, *Creſpeienſis Valeſii*

Medica Decas, ejuſdem autoris in ſingula librorum capita Commentariis illuſtrata. Lutetiæ, apud Melch. Mondiere, 1613, in 4.

De ſignis morborum libri quatuor. Carmine celebrati, cum autoris adnotationibus, in quibus ſigni cujuſque cauſa traditur. Pariſiis, apud Dionyſ. Duvallium, 1584, in 8.

FRANCISCVS PVTEVS, *Vercellenſis*

Apologia in Anatome pro Galeno contra Veſalium ſcripta. Cum præfa-

præfatione, in qua agitur de Medicinæ inventione. Venetiis, apud Franciſcum de Portonariis, 1562, in 8.

FRANCISCVS RABELÆSVS, *Medicus Lugdunenſis. Claruit A. C. 1534. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Aphoriſmorum Hippocratis ſectionum ſeptem Recognitio. Quibus ex Ant. Muſæ Commentariis adjecit & Octavam: & Præſagiorum lib. III. De ratione victus in morbis acutis, lib. III. De Natura humana lib. Galeni Artem Medicinalem. Aphoriſmos Hippocratis Lingua Ionica, ex fide vetuſtiſſimi codicis. Lugd. apud Sebaſt. Gryphium, 1545, in 12.

FRANCISCVS RANCHINVS

Opuſcula medica, utili jocundaque rerum varietate referta, publici juris facta opera & ſtudio Henrici Gras. Lugduni, apud Petrum Ravaud, 1627, in 4.

Sunt autem hæc:

Apollinare ſacrum, de Monſpelienſis Vniverſitatis origine, progreſſu, adminiſtratione, & celebritate, &c.

In Hippocratis Iusjurandum Commentarius.

Pathologia univerſalis cum Controverſiis in utramque partem agitatis & deciſis.

De Morbis Puerorum tractatus.

De Morbis Virginum tractatus.

Γηροκομικὴ; De Senum conſervatione, & Senilium morborum Curatione.

De Morbis ſubitaneis tractatus.

De curatione morborum & ſymptomatum, quæ vitioſam purgationem aut comitantur, aut conſequuntur, tractatus.

De Conſultandi ratione, ſeu de Collegiandi modo, tractatus.

Tractatus duo poſthumi: I. De Morbis ante partum, in partu, & poſt partum. II. De purificatione rerum infectarum poſt peſtilentiam. Ibidem, apud Petr. Ravaud, 1644, in 4. 1645, in 8.

FRANCISCVS RAPARDVS, *Brugenſis*

Magnum & perpetuum Almanach, à conſuetis nugis liberum, eoque vere medium de phlebotomia, de balneis, de purgationibus, certiora præcepta continens, ut merito dici poſſit, vulgarium prognoſticon, Medicorum, Empiricorum & Medicaſtrorum Flagellum. Antverpiæ, apud Ioa. Latium, 1551.

FRANCISCVS RODEWALD

Oratio de Cauſis putrefactionis: Recitata poſt renunciationem Gradus. Extat tomo IV, pag. 228. Selectarum Declamationum Philippi Melanthonis, Argentorati, 1558, in 8.

FRANCISCVS ROSSETVS

Exercitatio Medica aſſertionis novæ veri uſus anaſtomoſeon cardiacarum fœtus ex utero materno trans ipſas trahentis aërem internum in ſuos pulmones motus reſpiratorii (contra communem opinionem) tunc non expertes & illum cordi eum appetenti ſuique etiam tunc micantis motus compoti præparaturos. Pariſiis, apud Dionyſium Duvallium, 1603, in 8.

FRANCISCVS ROVSSETVS, *Gallus*

Ὑστεροτομοτοκία, ſive de Partu Cæſareo liber. Pars medicæ Artis, interdum Naturæ extrema patienti, perquam neceſſaria. In quo agitur de

Opificio Chirurgico Humani Ortus, aliter fauſte ſuccedere nequeuntis; quam per Ventris Materni ſolertem inciſionem, ſoſpite, cum ſuo fœtu, Matre ipſa. Item Fœtus lapidei vige-octennalis cauſæ. Cur naſci non potuerit. Cur per XXVIII annos in Vtero retentus non putruerit. Cur in lapidem obduruerit. Primum ab autore Gallice conſcriptus, à Gaſparo Bauhino verò Latine redditus, hiſtoriis lectiſſimis, exemplis, & Lithopædio Senenſi illuſtratus & mactus. Baſileæ, apud Conr. Waldkirch, 1582, 1588, 1591, in 8. Pariſiis, apud Dionyſ. Duvallium, 1590, in 8. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1601, in 8. cum Appendice Gaſparis Bauhini, varias & novas hiſtorias continente, quibus ea, quæ in præcedenti tractatu propoſita fuere, comprobantur, & in Gynæciorum libris ab Iſr. Spachio editis, pag. 448.

Brevis Apologia, pro Partu Cæſareo, in dicacis cujuſdam, ex pulvere pædagogico Chirurguli theatralem Invectivam. Ejuſdem argumenti Carmen Apologeticum. Pariſiis, apud Dionyſium Duvallium, 1598, in 8.

FRANCISCUS RUBEUS

Nocturnæ Exercitationes, in medicas Hiſtorias, quæ plurimum conducunt ad artem prædicendi, in morbis acutis. Genuæ, apud Ioſeph. Panonem, 1622, in 4. Hamburgi, 1660, in 8.

FRANCISCUS RUEUS, *Inſulanus*

De Gemmis aliquot, iis præſertim quarum Divus Ioannes Apoſtolus in ſua Apocalypſi meminit: De aliis quoque, quarum uſus hoc ævi apud omnes percrebuit, libri duo. Pariſiis, 1547, in 8. Tiguri, apud Geſnerum, 1565, in 8. Francof. 1596, in 12. Cum aliis Opuſculis de omni foſſilium genere, &c. Extat quoque in Levin. Lemnii Similitudinum ac Parabolarum. Francof. apud Nicol. Hoffmannum, 1608, in 12.

FRANCISCUS SANCHES, *Bacarenſis*

Opera Medica. His juncti ſunt tractatus quidam philoſophici non inſubtiles. Toloſæ Tectoſagum, apud Petrum Boſc, 1636, in 4.

Operum Catalogus.

De Morbis internis, libri tres. pag. 1.

De Febribus & earum ſymptomatis, libri duo. pag. 227.

De Venenatis omnibus cum ſignis & remediis, liber. pag. 281.

De Purgatione, liber. pag. 305.

De Phlebotomia, liber. pag. 329.

De Locis in homine, liber. Quo Pharmacopœi docentur rectam applicandorum topicorum medicamentorum methodum. p. 359.

Obſervationes in Praxi, liber. pag. 364.

De Formulis præſcribendi medicamenta ad Tyrones medicos, liber. pag. 381.

Pharmacopœja, ſeu brevis & compendiaria præceptorum, quæ tyronibus Pharmaciæ conveniunt Collectio, tribus libris diviſa. pag. 417. quorum eſt

I. De Electione medicamentorum.

II. De Præparatione medicamentorum, & ſimplicibus purgantibus.

III. De Compoſitione medicamentorum.

De Theriaca ad Pharmacopœos, liber.

Examina Opiatarum, Syruporum, Pilularum, Electariorum ſolidorum, Libris quatuor ad Pharmacopœos.

In lib. Gal. de Pulſibus ad Tyrones, Com-

Commentarii. pag. 587.
In libros tres Galeni de Criſibus, Commentarii. pag. 607.
In librum Galeni de Differentiis morborum, Commentarii. p. 685.
In librum Galeni de Cauſis morborum, Commentarii.
In librum Galeni de Differentiis ſymptomatum, Commentarii.
In libros tres de Cauſis ſymptomatum Galeni, Commentarii.
Cenſura in Hippocratis Opera omnia. pag. 808.
Summa Anatomica. In qua breviter omnium corporis partium ſitus, numerus, ſubſtantia, uſus, & figura continetur; ex Galeno & Andrea Veſalio collecta. Additæ ſunt etiam Annotationes, quibus Columbi & Fallopii repugnantia cum Galeno & Veſalio, continetur, & inter ſe. p. 827.

Libri Philoſophici.

De Longitudine & brevitate Vitæ, liber. pag. 3.
In lib. Ariſtotelis Phyſiognomicon, Commentarius. pag. 34.
De Divinatione per ſomnum ad Ariſtotelem. pag. 43.
Quod nihil ſcitur, liber. pag. 81.

FRANCISCVS SCHACCVS, *Fabrianenſis*

De ſalubri potu Diſſertatio. Romæ, apud Alex. Zannettum, 1622, in 4.

FRANCISCVS de SENIS

Conſilium de Balneo Petrioli ad Rever. D. Epiſcopum Papienſem. Extat pag. 182 verſa Operis Veneti de Balneis.

FRANCISCVS SPINÆVS

De hominis procreatione. Maceratæ, 1622, in 4.

FRANCISCVS STABILIS, *Potentinus*

Brevis defenſio contra nonnullos aſſerentes Pudendorum inflammationem non eſſe peſtis ſignum; cum brevi enarratione eorum quæ in corporibus vivis & mortuis publice interviens obſervavit, dum menſibus elapſis multi in hac nobiliſſima Venetiarum civitate febre correpti interirent. Venetiis, apud Gratioſum Perchacinum, 1576, in 4.

Dexter uſus Sanitatis tuendæ. Venetiis, 1580, in 4.

FRANCISCVS THOMASIVS, *Hetruſcus*

De Peſte tractatus. Romæ, apud Iac. Tornerium, 1587, in 8.

FRANCISCVS TIDICÆVS, *Dantiſcanus*

Microcoſmus, hoc eſt, deſcriptio hominis & mundi παράλληλος, in qua, quomodo in homine, ex ſingulari, infinita & plus quam excellenti Dei Creatoris ſapientia, univerſa rerum natura, per imaginem quaſi expreſſa ſit. Hominis ad mundum à capite ad calcem, ſecundum exteriora ac interiora, quoad animam & corpus, collatione facta, particulatim oſtenditur, quantoque adeo jure veteres Hominem Parvum Mundum, vel totius Mundi Epitomen eſſe dixerint, evidenti & perquam jucunda demonſtratione, abunde docetur & explicatur: idque ex ipſius maxime vetuſtatis utilitate inſignium, & ad naturæ præcipue cognitionem cumprimis facientium enarratione plana & luculenta. Lipſiæ, apud Nerlichios, 1615, 1638, in 4.

In Iatromaſtigas de recto uſu Medicinæ. Thorunii, 1592, in 8.

FRANCISCVS TITELMANNVS

Compendium Naturalis Philoſophiæ. Pariſiis, 1547, in 8.

FRANCISCVS TVRCVS

Controverſiæ Medicæ & Philoſophicæ. Veronæ, 1600, in 4.

FRANCISCVS de TVRRE, *de S. Victoria*

Prognoſticon Medicinale ſecundum temporum conſtitutiones. In quo Hippocratis, aliorumque veterum hujus argumenti Aphoriſmi collecti ſunt, & interpretati. Anconæ, apud Aſtulphum de Grandis, in 4.

FRANCISCVS VALLERIOLA ſive VARIOLA, *Medicus Academiæ Avenionenſis in Gallia egregius. Vixit A.C.* 1540. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Loci Medicinæ communes, tribus libris digeſti. Quibus acceſſit Appendix, univerſa complectens ea, quæ ad totius operis integritatem deeſſe videbantur. Venetiis, 1563, in 8. Lugduni, apud Franc. le Fevre, 1589, in 8, 2 voll. & Genevæ, apud Samuel Criſpinum, 1604, in 8.

Enarrationum Medicinalium libri ſex. Item, Reſponſionum liber unus. Lugduni, apud Gryphium, 1554, in fol. apud Franc. Fabrum, 1589, in 8. Venetiis, apud Balth. Conſtantinum, 1555, in 8. Lugd. 1589, in 8.

Obſervationum Medicinalium libri ſex. In quibus graviſſimorum morborum hiſtoriæ, eorundem cauſæ, & ſymptomata, atque eventus, tum & curationes miro ordine deſcribuntur. Lugduni, apud Ant. Gryphium, 1573, in fol. apud Ant. Candidum, 1588, in 8. apud Franc. Fabrum, 1605, in 8.

Commentarii in librum Galeni, de conſtitutione artis Medicæ. Auguſtæ Taurinorum. Genevæ, apud Abelem Rivery, 1577, in 8. Lugduni, apud Ambr. Traverſarium, 1626, in 8.

Commentarii in ſex libros Galeni de Morbis & Symptomatis. Lugduni, apud Gryphium, 1540, in 8. Venet. apud Valgriſium, 1548, in 8.

Artis Medicæ Fundamina ſecundum Galenum. Lugduni, apud Ambroſ. Traverſarium, 1626, in 8.

De re Medica Oratio. Venet. apud Vincent. Valgriſium, 1548, in 8.

Animadverſiones ſive Annotata in omnia Laurentii Iouberti Paradoxa. Exſtant cum ejuſdem Iouberti Operum tomo II. pag. 72. edit. Francof. apud hæredes Andr. Wecheli, 1599, in fol.

FRANCISCVS VALLESIVS, *Covarruvianus, Philippi Secundi Hiſpaniarum Regis Archiater. Floruit circa A. C.* 1556. *Moreau de V. S. in Pleurit. Avenionenſis Academiæ Medicus egregius in Gallia. Vixit circa A. C.* 1540. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Controverſiarum Medicarum & Philoſophicarum libri decem. Acceſſit libellus de Locis manifeſte pugnantibus apud Galenum. Compluti, 1564, & 1585. Francof. apud Wechelum, 1590, 1595, in fol. Hanoviæ, apud ejuſdem hæredes, 1606, in fol. Lugduni, apud Anton. Chard, 1625, in 4.

Commentaria illuſtria in Cl. Galeni Pergameni libros ſubſequentes: I, Artem Medicinalem. Compluti, 1567, in 8. II, De inæquali intemperie libellum. III, Tertium de Temperamentis librum. IV, Quinque priores de Simplicium Medicamentorum facultate libros. V, Duos de differentia Febrium libros. Compluti, 1569, in 8. VI, Sex de Locis patientibus libros. Tractatus medicinales. Lugduni, 1559, in 8. I, De Vrinis compendiaria tractatio. II, De Pulſibus libellus. III, De Febribus Commentarius. IV, Methodi medendi libri tres. Omnia recens publicata

blicata opera & induſtria Ioannis Petri Ayroldi Marcellini. Colon. apud Franc. de Franciſcis, & Ioa. Bapt. Ciottum, 1592, 1594, in fol.

In VI Libros Galeni, de Morbis & Symptomatis. Lugd. 1540, in 4.

In Libros Hippocratis de Morbis Popularibus Commentaria, magnam utriuſque Medicinæ, theoricæ inquam, & practicæ, partem continentia. Matriti, apud Franc. Zanches, 1577, in fol. Et Ioannis Petri Ayroldi Marcellini opera & induſtria fidelius elegantiusque nunc quam prius excuſa Coloniæ, apud Ioa. Bapt. Ciottum, 1588, in fol. Neapoli, apud Laz. Scoriggium, 1621, in fol. Ibid. 1652, in fol. Recognita opera & ſtudio Gaudei Aurelii, cum Indice locupletiſſimo. Aureliæ, apud Claud. & Iac. Borde, 1654, in fol.

In Aphoriſmos Hippocratis Commentarii ſeptem. Præterea ejuſdem Commentarii omnes in Hipp. ſigillatim publicati (nempe in lib. Hipp. de Alimento comment. Compluti, 1561, in 8. I. In lib. Prænotionum Comment. III. In lib. Hippocr. de Ratione victus in morbis acutis Comment. Compluti, 1564, & 1569, in 4. & 8. IV.) Nunc iterum Ioan. Petri Ayroldi Marcellini opera & induſtria fidelius elegantiuſque editi. Ibidem, apud eundem, 1589, in fol.

Commentaria in libros Hippocratis de Ratione victus in morbis acutis. Auguſtæ Taurinorum, apud hæredes Nicol. Bevilaque, 1590, in 8.

De Vrinis, Pulſibus, ac Febribus libelli. Compluti, 1565, in 8. Taurini, apud hæredes Nicolai Bevilacquæ, 1588, in 8. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1591, in 8.

Methodus medendi, in quatuor libros diviſa; quorum I. continet Victum ægrotantium: II. Rationem curandi per indicationes ſimplices: III. per compoſitas, & cum aliquid eorum, quæ indicare poſſunt, nos latent: IV. Occaſiones curandi & abſtinendi à curationibus. Venetiis, 1589, in 8. Matriti, 1614, in 8. Lovanii, apud Hieron. Nempæum, 1647, in 8.

De iis quæ ſcripta ſunt phyſice in Libris Sacris, ſive de Sacra Philoſophia, liber ſingularis. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1590, 1608, in 8. Lugduni, apud Hug. à Porta, 1592, 1595, in 8. Huic editioni propter argumenti ſimilitudinem adjuncti ſunt Levini Lemnii de Plantis ſacris, & Franciſci Ruei de Gemmis libri. Lugd. apud Anton. Soubron, 1622, in 8.

FRANCISCVS VATABLVS

In Ariſtotelis parva naturalia & Libros de Animalibus & Plantis Commentarii, rei medicæ viam quandam præſtruentes, & rerum naturalium ſcientiæ colophonem præſtantes. Lipſiæ, 1520, in fol.

FRANCISCVS VERTVNIANVS, *Pictavienſis*

Hippocratis Coi de Capitis Vulneribus liber. Latinitate donatus, & commentariis illuſtratus; addito Græco textu, à Ioſepho Scaligero caſtigato, cum ipſius Scaligeri caſtigationum ſuarum explicatione. Lutetiæ, apud Mamertum Pariſſonium, 1578, in 8.

FRANCISCVS VESALIVS

Andreæ Veſalii, Fratris, De Radice Chinæ Epiſtolam in lucem edidit.

FRANCISCVS VILLARINVS, *Cæſarauguſtanus*

Medendi Canones. Tudelæ, 1573, in 8.

FRANCISCUS VLMUS, *Pictavienſis Patritius & ejuſdem Facultatis Archiater*

De occultis in re Medica proprietatibus. Brixiæ.

De Liene libellus. Lutetiæ, apud Mamertum Pariſſonium, 1578, in 8.

FRANCISCUS VLMUS, *Franciſci, olim Patritii Pictavienſis, & ejuſdem Facultatis Archiatri, Nepos*

In Circulationem ſanguinis Harvejanam Exercitatio Anatomica. Auguſtoriti Pictonum, apud Ioa. Fleviau, 1659, in 4.

FRANCISCUS XIMENEZ

De viribus plantarum & animalium quæ Medicinæ apud Americanos inſerviunt, & de eorum medendi methodo. Mexici, 1615.

FRANCISCUS de ZANELLIS, *Bononienſis*

Tractatus de Animatione ſeminis. Extat cum Summa Thomæ de Garbo, pag. 83.

FRANCO ESTIUS, *Gorcomius*

Laus rei herbariæ. Extat cum Remb. Dodonæi Hiſtoria Stirpium. Antverpiæ, apud Plantinum, 1583, in fol.

FREDERICUS ARNISÆUS

De Melancholia Hypochondriaca. Haffn. 1654, in 4.

FREDERICUS II. IMPERATOR

De Arte Venandi cum avibus. Auguſtæ Vindelic. 1596, in 8.

FREDERICUS CASANDER

Natura loquax, qua miracula totius univerſi ex præcipuis mundi partibus ſive regnis, æthereo, vegetabili, & minerali, ſilvarum nempe, hortorum, pratorum, plantarum, &c. proprietatibus, affectis, & virtutibus deprompta proponuntur. Francof. apud Lucam Ieniſium, 1629, in 8.

FREDERICUS CHRISOGONUS

De modo Collegiandi, Prognoſticandi & curandi Febres. Venetiis, 1528, in fol.

FREDERICUS FLACHT, *Vormatienſis*

De Chloroſi, ſeu Morbo Virgineo Diſputatio. Extat Decade V Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1621, in 4.

De Melancholia & idiopathica & ſympathica Diſputatio. Extat Decade VI Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1622, in 4.

FREDERICUS GREIFFIUS

Decas nobiliſſimorum Medicamentorum Galeno-Chymicorum. Tubingæ, 1641, in 4.

Conſignatio Medicamentorum tam Galenice quam Chymice præparatorum, quæ in officina Greiffiana proſtant, ibid. eodem anno & forma.

FREDERICUS MONAUUS

Lanx ſatura rerum Medicarum. Tubingæ, 1622, in 4.

Ejuſdem Bronohotome.

Elenchus affectuum Ocularium. Regiom. 1644. in 4.

FREDERICUS, *vander* MYE, *Delphenſis*

De Arthritide, & Calculo gemino tractatus duo. In quibus horum morborum eſſentia, cauſæ, differentiæ, ſigna, & curatio, ſecundum Hipp. & Ga-

& Galeni mentem dilucidiſſime explicantur. Vna cum diſputatione Philoſophica de Lapidum generatione. Ejuſdem Hiſtoria Medica, de Vertigine, catarrho, tuſſi vehementi, abortu, &c. & curatione tentata honeſtæ fœminæ Corneliæ van Dunne. Hagæ-Comitum, apud Arnold. Meuris, 1624, in 4.

De morbis & ſymptomatibus popularibus Bredanis tempore obſidionis, deque medicamentis in ſumma rerum inopia adhibitis, tractatus duo. Antverpiæ, apud Morellum, 1627, in 4.

FREDERICVS PETRI, *Springenſis*

De Oculis liber. Lipſiæ, apud Ioa. Rhamba, 1576, in 8.

FRONTO

De re ruſtica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν, ſive de Re ruſtica ſelectorum lib. xx. Græce, Ioa. Alex. Braſſicani opera editis Baſileæ. apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latine autem, Iano Cornario interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1538, in 8.

FVLVIVS ANGELINVS, *Caſennatenſis*

De Verme admirando per nares egreſſo brevis diſcurſus. Et Vincentii Alſarii à Cruce de eadem re commentariolum. Ravennæ, apud hæred. Petri Ioannelli, 1610, in 4.

G.

GABRIEL AYALA, *Antverpienſis*

Popularia epigrammata Medica. Carmen pro vera medicina ad luem peſtilentem; additis ab autore in hunc ipſum ſcholiis. Elegiarum liber unus. Antverpiæ, apud Guil. Sylvium, 1562, in 4.

GABRIEL BIEL

Contra peſtem ſermo medicinalis, & de Fuga peſtis quæſtio. Extant cum Sermonibus ejus Dominicalibus de Tempore & Sanctis per totum annum. Hagenoæ, apud Io. Rynman, 1515, in 4. pag. 150.

GABRIEL CVNEVS, *Mediolanenſis*

Apologiæ Franciſci Putei pro Galeno in Anatome examen. Venetiis, apud Franc. de Franciſcis, 1564, in 4.

GABRIEL FALLOPIVS, *Mutinenſis, Diſcipulus Montani, Medicus eruditione & experientia clarus, Patavii Profeſſor. Vixit A. C. 1554. Iuſtus in Chronol. Medic. Moreau de V. S. in Pleurit.* †

Opera genuina omnia, tam Practica, quam Theorica, in tres tomos diſtributa. Venetiis, apud Felicem Valgriſium, 1584, in fol. Ibidem, apud Ioa. Anton. & Iac. de Franciſcis, 1584, 1606, in fol. 3. voll. Francofurti, apud hæred. Wecheli, Marnium & Aubrium, 1600, in fol. cum Operum Appendice, ibidem, 1606.

Tomus primus continet :

I. Inſtitutiones Anatomicas.
II. Obſervationes Anatomicas.
III. Obſervationes de Venis.
IV. De Partibus Similaribus.
V. De Medicamentis ſimplicibus.
VI. De Materia medicinali in librum primum Dioſcoridis.
VII. De Thermalibus aquis.
VIII. De Metallis, atque Foſſilibus.
IX. De Medicamentis purgantibus ſimplicibus.
X. Epiſtola ad Mercurialem de Aſparagis.

Secun-

Secundus:

+ I. De Vlceribus, & eorum ſpeciebus, de Morbo Gallico, de Vlceribus ſingularum partium.
II. De Vulneribus in genere, de Vulneribus Capitis, Oculorum, Naſi, Colli, Vaſorum, Thoracis, Medullæ ſpinalis, Abdominis, Nervorum, Sclopetorum, &c.
III. Commentarius in Hippocratis Coi librum de Vulneribus Capitis.
IV. De Cauteriis.

Tertius:

I. De Tumoribus præter naturam.
II. De Decoratione.
III. Expoſitio libri Galeni de Oſſibus.
IV. De Luxatis, & fractis Oſſibus.
V. Methobus conſultandi.
VI. De Compoſitione medicamentorum.

Seorſim prodierunt:

Opuſcula. Accedit Gulielmi Rondeletii tractatus de Fucis. Item, Arcanorum liber I. Omnia hæc Petri Angeli Agathi opera atque diligentia, edita. A quo paſſim inſertæ ſunt Annotationes quædam, hac nota [ ] à reliquo orationis contextu ſecretæ. Patavii, apud Lucam Bertellum, 1566.

Index librorum in hoc Volumine contentorum:

Gab. Fallopii de Morbo Gallico liber.
Bubone peſtilenti tractatus.
Quæſtio de Principio Venarum.
De Balſamo. Ziberto.
Aſpalatho. Decoratione.
Sandalis.
Muſco.
Moſcho.
Ambra.
Gul. Rondeletii de Fucis.
Gab. Fallopii de Caloribus.
Pet. Ang. Agathi Arcanorum liber primus.

Expoſitio in librum Galeni de Oſſibus. Huic acceſſerunt Obſervationes Anatomicæ ejuſdem, à Franciſco Michino nunc primum fideliſſime in lucem edita. Venetiis, apud Simonem Salignanum, 1570, in 4.

De Compoſitione medicamentorum. Cui acceſſerunt Tabulæ ejuſdem de Cauteriis. Venetiis, apud Mejettos FF. 1570, in 4.

De Simplicibus medicamentis purgantibus. Venet. 1566, in 4.

De Thermalibus aquis libri ſeptem. De Metallis & Foſſilibus libri duo. Nunc primum editi per Andream Marcolinum Faneſtrem, qui Epiſtolam præfixit, qua utilitas, docendi modus, & totius rei, quæ in hoc ipſo opere continetur, ſumma, breviter explicatur. Venetiis, apud Ludovicum Avantium, 1564, in 4. apud Vincentium Valgriſium, 1584, in fol. cum aliis ejuſdem.

Libelli duo, alter de ulceribus: alter de tumoribus præter naturam. Venetiis, apud Donatum Bertellum, 1563, in 4.

De Vlceribus liber. Cui acceſſit Brunonis Seidelii ſententia, de iis quæ Laur. Ioubertus in Paradoxis ſuis de febrium humoralium origine ac materia diſputavit. Erphordiæ, apud Georg. Baumannum, 1577, in 4.

De parte Medicinæ, quæ Chirurgia nuncupatur, nec non in librum Hippocratis de Vulneribus capitis dilucidiſſima interpretatio. Venetiis, apud Mejettos, 1571, in 4.

De Humani corporis Anatome, Compendium. Patavii, 1585, in 8.

Obſervationes Anatomicæ, in quinque libros digeſtæ, certiſque capitibus diſtinctæ, & illuſtratæ, opera Ioannis Sigfridi Margſulenſis, Venetiis,

tiis, apud Marc. Anton. Vlmum, 1561, in 8. Pariſiis, 1562, in 8. Helmæſtadii, apud Iac. Lucium, 1588, in 8.

De Morbo Gallico tractatus. Venetiis, apud Franc. Laurentium de Turrino, 1565, in 8. Patavii, apud Lucam Bertellum, 1564, in 4. Cum Petri Angeli Agathi Matheratis Scholiis marginalibus & exercitationibus quibuſdam nobilibus. Et Operis Veneti de Morbo Gallico tomo 1, pag. 661

GABRIEL FERRARA

Sylva Chirurgiæ, in tres libros diviſa: in quorum I, de Obſervationibus Chirurgicis: II, de Medicamentis itidem ad Chirurgiam pertinentibus: III, de Medicamentis per deſtillationem acquiſitis, & quam maxime etiam in Chirurgia uſurpandis agitur. Quibus figuræ non ſolum inſtrumentorum Chirurgicorum in ſecundo libro, ſed in tertio etiam vaſorum deſtillatoriorum ſunt adjectæ. Ex Italico idiomate in Latinum verſa per Petrum Vffenbachium. Francof. apud Palthenium, 1625, in 8.

GABRIEL FONSEIA, *Luſitanus*

Medici Oeconomia. Romæ, apud Andr. Pheum, in 8.

GABRIEL FONTANVS, *Iac. F.*

De veritate Hippocraticæ Medicinæ, firmiſſimis rationum & experimentorum momentis ſtabilita, & demonſtrata; ſeu Medicina Anti-Hermetica in qua Dogmata Medica Phyſiologica, Pathologica & Therapeutica, contra Paracelſi, & Hermeticorum placita, clariſſime promulgantur: non rejectis penitus Chymicorum inventis, ad Hippocraticam artem conferentibus. Adjectus eſt ad calcem Generalis index rerum in hoc opere contentarum: nec non Introductio ad methodum medendi: atque II. Apologeticon adverſus Helmontium. Vbi firmiſſime demonſtratur, quatuor humores Galeniſtarum non eſſe fictitios. III. Epitome tractatus de Febribus. IV. Tetras graviſſimorum Capitis affectuum, Vertiginis, Epilepſiæ, Convulſionis, & Apoplexiæ. V. Quæſtio Medica practica; utrum Mulieri ab aborſu, vel partu, acuto morbo, utpote Febre continua primaria affectæ liceat Venam Malleoli ſecare, an potius ex brachio ſanguinem ducere. VI. Aphoriſmi Hippocratici XV. VII. Apologeticon, quo vera Galeniſtarum doctrina circa pleuritidis Ideam & curationem defenditur adverſus van-Helmont. VII. Conſultandi methodus ad quoſlibet affectus propoſitos neceſſaria. Lugduni, apud Phil. Borde, Laur. Arnaud, & Cl. Rigaud, 1657, in 4.

GABRIEL GABRIELII, *Patavinus*

In quæſtionem Hieronymi Boniperti Novarienſis de materiæ imminutione in principio morbi, diſſolutiones. Ejuſdem de totius evacuandæ materiæ ratione explicatio. Patavii, apud Iacobum Fabrianum, 1550, in 4.

GABRIEL FRASCATVS

De Aquis Returbii Ticinenſibus Commentarii, mineras, facultates & uſum earum explicantes. Quibus in libris omnia quæ ad Thermarum Theoricam & Practicam faciunt, accurate tractantur. Ticini, 1575, 1580, in 4.

GABRIEL HVMELBERGIVS, *Ravenſpurgius*

In Quinti Sereni Sammonici Poëtæ, & Medici clariſſimi, de re medica, ſive morborum curationibus librum tum elegantem, tum humanæ

næ ſaluti perquam utilem, & diligenter emendatum Commentarii. Tiguri, apud Froſchoverum, 1540, 1591, in 4.

In Apicii Cœlii de Opſoniis & Condimentis, ſive Arte coquinaria, lib. x Annotationes. Ibidem, apud eundem, 1542, in 4.

In Sexti Philoſophi Platonici de Medicina Animalium beſtiarum, pecorum,& avium lib. Scholia. Tiguri, apud Froſchoverum, 1539, in 4.

Antonii Muſæ de Herba Betonica lib. unus. L. Apuleji de Medicaminibus herbarum lib. unus, recogniti & commentariis illuſtrati. Tiguri, apud Froſchoverum, 1537, in 4.

GABRIEL ILLEFONSVS, *Villabraximenſis*

De Viri & Fœminæ comparanda fœcunditate. Villabraxinæ, 1620, in 4.

GABRIEL MINVTIVS

Morbi Gallos infectantis ſalubris curatio, & ſancta medicina, hoc eſt, malorum, quæ inteſtinum crudeleque Gallorum bellum infiammant, remedium. Lugduni, apud Barthol. Honoratum, 1587, in 8.

GABRIEL NAVDÆVS, *Pariſienſis*

De Antiquitate & dignitate Scholæ Medicæ Pariſienſis Panegyris. Cum Orationibus Encomiaſticis ad novem Iatragoniſtas laurea Medica donandos. Lutetiæ Pariſ. apud Ioa. Moreau, 1628, in 8.

Quæſtio tertia Iatrophilologica, An Matutina ſtudia veſpertinis ſalubriora. Patavii, apud Iulium Crivellarium, 1634, in 4.

Quæſtio quarta Iatrophilologica, An liceat Medico fallere ægrotum. Romæ, apud Iacobum Facciottum, 1635, in 4.

Pentas Quæſtionum Iatrophilologicarum. Apud Samuëlem Choüet. 1647, in 8.

GABRIEL de TARTAGVA, *Burdegalenſis*

Commentaria ſuper Cap. de regimine ejus quod comeditur & bibitur tertiæ Fen primi Canonis Principis Avicennæ, in quo plurima quæ ad ſanitatis conſervationem pertinent compendioſe tractantur. Burdegalæ, apud Ioan. Guyart, 1534, in fol.

GABRIEL de ZERBIS, *Veronenſis Philoſophus & Medicus Theoricus, in Studio Patavino. Vixit A. C. 1495. Iuſtus in Chronol. Med.*

De Cautelis Medicorum liber. Lugduni, apud Anton. Blanchard, 1525, in 4. cum Pilulario Pantaleonis, & de Lacticiniis, libellis. Papiæ, 1598. Venet. 1503, in fol.

Anatomiæ corporis humani & ſingulorum illius membrorum liber. Venetiis, apud Octavianum Scotum, 1502, 1533, in fol.

Anatomia Infantis, & Porci ex traditione Cophonis. Marpurgi, apud Cervicornum, 1537, in 4. apud Chriſtoph. Egenolphum, 1545, in 4. cum Mundini Anatomia.

GALATIVS LANDRINVS, *Ferrarienſis*

Problemata ad ſanitatem & ægritudinem, vitæ brevitatem ac longitudinem nec non hominis vitam ipſam & mortem ſpectantia. N°. L V. Ferrar. apud Fr. Succium, 1627, in 4.

GALEATIVS de S. SOPHIA, *Patavinus, Rhazis Commentator. Floruit circa A. C. 1400. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Medicus practicus excellens claruit A. C. 1490. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Opus Medicinæ practicæ ſaluberrimum in nonum tractatum libri Rha-

Rhaſis ad Regem Almanſorem, de curatione morborum particularium, huic ſeculo accommodatiſſimum. Ioannitii libellus introductorius in Artem parvam Galeni. Quæ omnia perrara, pauciſque viſa, & jam ferme obliterata reſtituit, correxit & publicavit Georgius Kraut. Hagenoæ, apud Valentinum Kobian, 1533, in fol.

De Febribus. De omnium modorum fluxu ventris. De omnium accidentium febrium cura. Lugduni, apud Iacobum Myt, 1517, in 4. cum aliis ejuſdem argumenti. Venetiis, 1514, in fol.

GALEOTTVS MARTIVS, *Narnienſis Italus, Medicus non ineruditus. Vixit circa A. C.* 1535. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Homine libri duo. Georgii Merulæ in Galeottum Annotationes. Baſileæ, apud Frobenium, 1517, in 4. Oppenheimi, apud Ioa. Roſam, 1610, in 8. Additis Ioannis Ieſſenii à Ieſſen de Generationis, & vitæ humanæ periodis tractatibus duobus. Francof. apud Ionam Rhodium, 1619, in 8.

De Doctrina promiſcua. Lugd. apud Ioan. Tornæſium, 1552, in 16.

GALLVS ETSHENREVTERVS, *Ratiſpoletanus*

Δραχμιόληπτον, ſeu Calculus perutilis & Medicis, & Ægrotantibus: ſi ſcire deſiderent quot grana ſingulorum ingredientium medicamentorum in drachma una aſſumantur. Item Δραχμοτομία, ſeu partium drachmæ doſis. Argentorati, 1569, in 8.

De natura, viribus, & effectibus Balneorum, & ſalubrium fontium, qui per Germaniam celebres ſunt. Argentorati, 1571, in 8.

Epiſtola ad Guilielmum Gratarolum, extat cum Opuſculis Chemicis, Francof. apud Ioan. Bringerum, 1614, in 8 editis: & ibidem, apud hæredes Chriſtiani Mylii, 1580, in 8.

GARCIAS ab HORTO, *Luſitanus*

Aromatum, & ſimplicium aliquot medicamentorum apud Indos naſcentium, Hiſtoria: Luſitanica lingua primum per Dialogos conſcripta; nunc vero Latino ſermone in Epitomen contracta, & Iconibus ad vivum expreſſis, locupletioribuſque annotatiunculis illuſtrata à Carolo Cluſio Atrebate. Antverpiæ, apud Plantinum, 1574, 1593, in 8.

GARCIAS LOPIVS, *Luſitanus*

Commentarii de varia rei medicæ lectione. Antverpiæ, apud viduam Martini Nutii, 1564, in 8.

GARIOPONTVS, *Africanus Medicus vetuſtus. Cujus ſcripta ſub nomine Paſſionarii Galeni, anno C.* 1516, *ſunt in lucem emiſſa. Ipſe quo tempore vixerit certo non conſtat. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit.*

De Morborum cauſis, accidentibus, & curationibus, libri octo. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1531, in 4: 1536, in 8. Lugduni, apud Blanchardum, 1516, 1526, in 4: titulo, Paſſionarius Galeni de ægritudinibus à capite ad pedes.

De Febribus liber, extat Operis Veneti de Febribus p. 187.

GASPAR AMTHOR

Memorabilium Medicorum Pars prima, continens regulas diæteticas morborum, item curationes per ἀπόρρητα cum Chymica, cum Galenica ſingularia, non ita magnis ſumptibus Comparabilia, non ſolum Medicinæ filiis, ſed & aliis, quibus λῷστον ὑγιαίνειν, & valere vita eſt, lectu apprime utilis & dulcis. Ienæ, apud Ioannem Reiffenbergerum, 1632, in 4.

Chry-

Chryſoſcopion, ſeu Aurilogium. Potiſſima & nobiliſſima auri arcana ἀπὸ δίλυ repandens, & quomodo vitæ hujus noſtræ demenſum, Deo dante, per id Phyſice ſanum, & incolume propagari, ac prolongari queat, edocens, una cum aliis ſcitu ac notatu digniſſimis novem capitibus expoſitis. Ienæ, apud eundem, 1632, in 4.

Gaspar Asellivs, *Cremonenſis*

De Lactibus, ſeu Lacteis venis quarto vaſorum Meſeraïcorum genere, novo invento Diſſertatio. Qua ſententiæ Anatomicæ multæ vel perperam receptæ convelluntur, vel parum perceptæ illuſtrantur. Mediolani, apud Baptiſtam Bidellum, cum figuris elegantiſſimis diverſicoloribus, 1627, in 4. Baſileæ, apud Henric-Petrum, 1628, in 4. Lugd. Batav. 1640, in 4. apud Ioa. le Maire, 1641, in 8. Amſtelædami, apud Iohannem Blaeu, 1645, in fol. cum Operibus Adriani Spigelii, ex recenſione Ioh. Antonidæ vander Linden, Med. Doct. & Prof. in Acad. Franekerana.

Gaspar Bartholinvs, *Malmogio-Danus*

Problematum Philoſophicorum & Medicorum nobiliorum, & rariorum miſcellaneæ exercitationes ad diſputandum in illuſtri Albiaca propoſitæ. Albiæ, apud Bechtoldum Raaben, 1611, in 4.

Opuſcula quatuor ſingularia: I, De Vnicornu, ejuſque affinibus & ſuccedaneis. II, De Lapide Nephritico, & Amuletis præcipuis. III, De Pygmæis. IV, De ſtudio Medico inchoando, continuando, & abſolvendo. Hafniæ apud Georg. Hantſchium, 1628, in 8.

Anatomicæ inſtitutiones corporis humani utriuſque ſexus hiſtoriam & declarationem exhibentes cum plurimis novis obſervationibus & opinionibus, nec non illuſtriorum quæ in Anthropologia occurrunt, controverſiarum deciſionibus. Albiæ, apud Bechtoldum Raaben, 1611, in 8. Roſtochii, 1626, in 12. Goſlariæ, apud Ioh. Hallervordium, 1632, in 8. Lugduni Batavorum, 1641, in 8. Auctæ à Filio Thoma Bartholino. Lugd. Batav. 1645, in 8.

Controverſiæ anatomicæ, & affines nobiliores ac rariores. Goſlariæ, apud Ioh. Hallervordium, 1631, in 8.

Syntagma Medicum & Chirurgicum de cauteriis præſertim poteſtate agentibus ſeu Ruptoriis. Hafniæ, apud Salomonem Sartorium, 1624, in 4.

Syſtema Phyſicum. Hafniæ, 1628, in 8.

Gaspar Bavhinvs, *Baſilienſis*

De Corporis humani partibus externis liber, hoc eſt, univerſalis methodi anatomicæ, quam ad Veſalium accommodavit, lib. I, multis novis, iiſdemque raris obſervationibus propriis refertum. Baſileæ, apud Epiſcopium, 1588, in 8. apud Henric-Petri, 1592, in 8.

Anatomes liber ſecundus, partium ſpermaticarum tractationem per quatuor cauſas continens. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1591, in 8.

Anatomica corporis Virilis & Muliebris Hiſtoria. Lugduni, apud Ioannem le Preux, 1597, in 8. Baſileæ, apud Conradum Fillel & Ludovicum König, 1609, in 8.

De Corporis humani fabrica lib. IV. Methodo Anatomica in prælectionibus publicis propoſita: ad And. Veſalii Tabulas inſtituta: ſectionibuſque publicis & privatis comprobata, multis denique novis inventis & opinio-

opinionibus aucta. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric-Petri, 1590, in 8. Francofurti, apud Ioa. Theod. de Bry, 1621, in 4. titulo, Theatrum Anatomicum.

Vivæ imagines partium Corporis humani, æneis formis expreſſæ, & ex Theatro anatomico Gaſp. Bauhini deſumptæ, opera & ſumptibus Matthæi Meriani. Francof. 1640, in 4.

Inſtitutiones Anatomicæ, Hipp. Ariſt. Gal. auctoritate illuſtratæ. Baſileæ, 1604, in 8. Francof. apud Ioa. Theod. de Bry, 1616. in 8.

De Hermaphroditorum monſtroſorumque partuum natura, & Theologorum, Iureconſultorum, Medicorum, Philoſophorum, & Rabbinorum ſententia libri duo hactenus non editi: plane Philologici, infinitis exemplis illuſtrati. Oppenheimi, apud Hier. Gallerum, 1614, in 8. Francofurti, apud Matthæum Becker, 1604, in 8. apud Matth. Merian, 1629, in 8.

Franciſci Rouſſeti libri de partu Cæſario è Gallico in Latinum tranſtulit & edidit. Baſileæ, 1591, in 8.

Appendix ad Franc. Rouſſeti lib. De partu Cæſareo, varias & novas hiſtorias continens, quibus quæ in illo tractatu continentur, comprobantur. Extat in Gynæciorum libris ab Iſr. Spachio editis, pag. 480.

Φυτοπίναξ, ſeu Enumeratio Plantarum (2460) ab Herbariis noſtro ſeculo deſcriptarum, cum earum differentiis: cui plurimarum hactenus ab iiſdem non deſcriptarum (164) ſuccinctæ deſcriptiones & denominationes acceſſere: additis aliquot (8) hactenus non ſculptarum Plantarum vivis Iconibus. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric-Petri, 1596, in 4.

Πίναξ Theatri Botanici, ſive Index in Theophraſti, Dioſcoridis, Plinii, & Botanicorum qui à ſæculo ſcripſerunt, Opera: Plantarum circiter ſex millium ab ipſis exhibitarum nomina cum earundem Synonymis & Differentiis Methodice ſecundum earum & genera & ſpecies proponens. Baſileæ, apud Ludov. Regem, 1623, in 4.

Πρόδρομος Theatri Botanici, in quo Plantæ ſupra ſexcentæ ab ipſo primum deſcriptæ cum plurimis (140 novis) figuris proponuntur. Francof. apud Ioan. Treudelium, 1620, in 4.

Catalogus Plantarum circa Baſileam ſponte naſcentium, cum earundem Synonymiis, & locis in quibus reperiuntur, in uſum Scholæ Medicæ, quæ Baſileæ eſt. Baſileæ, apud Ioa. Iac. Genathium, 1622, in 8.

Animadverſiones in Hiſtoriam generalem Plantarum Lugduni editam. Item Catalogus Plantarum circiter quadringentarum eo in opere bis terve poſitarum. Francof. apud Nicolaum Baſſæum, 1601, in 4.

De Lapidis Bezaar Orientalis & Occidentalis, Cervini item, & Germanici ortu, natura, differentiis, veroque uſu, ex Veterum & Recentiorum placitis liber. Baſileæ, apud Conr. Waldkirch, 1613. apud Lud. Regem, 1625, in 8.

De Compoſitione medicamentorum, ſive medicamentorum componendorum ratio, & methodus, in prælectionibus publicis propoſita. Offenbachii, apud Conr. Nebenium, 1610, in 8. Francof. apud hæredes Nicolai Baſſæi, anno & forma iiſdem.

De Remediorum formulis Græcis, Arabibus, & Latinis uſitatis; exemplis ad pleroſque morbos accommodatis, illuſtratis: plurimis ratione

tione inventis, experientia confirmatis, ſecretique loco habitis, comprobatis, libri duo. Francof. apud Ioan. Treudelium, 1619, in 8.

Epiſtolæ aliquot Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

Notæ in Aloiſ. Anguillaram de Simplicibus. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1593, in 8.

Notæ in Petri Andreæ Matthioli Commentarios, in VI lib. Dioſcoridis, de Materia Medica, cum reſtitutione depravatæ Lectionis Dioſcoridis, adjectis Plantarum Iconibus novis pluſquam trecentis. Extant ad ipſum Matthiolum.

De Homine Oratio. Baſileæ, 1614, in 4.

Theatrum Anatomicum. Francof. 1605, in 8.

Appendix ad Theatrum Anatom. Gaſp. Bauhini.

Anatomica corporis Virilis & muliebris Hiſtoria, apud Iohan. le Preux, 1597, in 8.

Stirpium aliquot obſcurius denominatarum explicatio, extat cum Dionyſii Ionquet Horto. Pariſiis, 1659. in 4.

De Plantis abſynthii nomina habentibus. Montisbergæ, 1593, in 8.

GASPAR BRAVO

Reſolutiones medicæ. Lugduni, 1654, in fol.

GASPAR CALDERA de HEREDIA

Tribunal Apollini ſacrum, Medicum, Magicum, & Politicum, in publico orbis Scientiarum Theatro Athenienſi, Deciſiones ex Supremo Apollinis conſilio: Conſiliariis, Hippocrate, Eraſiſtrato, Galeno & Diocle. Supremo conſilio aſſiſtunt, ſereniſſima Libertas ex Coo, prima & ſuprema Græciæ Academia: in Pergamo ſecunda, Galeni Academia: tertia utriusque orbis Salmanticenſis: quarta Aula Regia Apollinea, ſereniſſima: quinta Majeſtuoſa Doctorum Hiſpalenſium Academia: & ſecundum merita, omnes aliæ Hiſpaniæ, Galliæ, Bataviæ, Italiæ & Angliæ ſereniſſimæ: ac tandem, ab Apollinis Conſilio in Parnaſſo, Medica, Magica & Politica, Viri excellentiſſimi. Lugd. Batav. 1658, in fol.

Sunt autem parte I. *libro.*

I. De Prognoſis fallacia in communi. pag. 1.
II. De Prognoſis fallacia in particulari. pag. 60.
III. Obſervationes ſelectæ medicinæ. pag. 149.
IV. Theſeus climactericus, peregrinus. pag. 339.
V. Anti-Theſeus expugnatus. pag. 356.
VI. De Cordis palpitatione conſultatio. pag. 398.
VII. De Pulmonis & Pectoris tuberculo. pag. 402.
VIII. Iudicium de Minorandi ratione in Praxi Hiſpalenſi. pag. 414.
IX. Appendix ad quæſtionem de ſanguinis miſſione ex talo. pag. 421.
X. De Potionum varietate. pag. 433.
XI. Quæſtiones IV. de Chocolate, pag. 483, 488, 491, 493.
XII. Auxiliorum Chymicorum judicium, æqua lance libratum. pag. 495.
XIII. Tractatus de Peſte Hiſpalenſi. pag. 501.

Parte II.

I. Tribunal Medico-magicum. p. 5.
II. Tribunal Politicum. pag. 95.

GASPAR

GASPAR CONRADI, *Vratiſlavienſis*

De Vertigine Diſputatio. Extat Decade III Diſputationum quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1620, in 4.

GASPAR CONTARENUS, *Venetus*

De Elementis & eorum mixtione lib. v. Pariſiis, apud Nicolaum Dives, 1548, in 8. apud Sebaſt. Nivellium, 1571, in fol. cum cæteris ejus operibus. Lugd. Batav. apud Iacobum Marci, 1632, in 16.

GASPAR CRUCIGER

In obitum Valerii Cordi Elegia. Extat cum libro quinto deſcriptionis ſtirpium, Argent. 1563, in fol.

GASPAR DORNAVIUS

Epiſtola de Luxatione brachii, extat Cent. I Epiſtol. Guil. Fabr. Hildani. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 279. Francof. 1646, in fol.

GASPAR de GABRIELIS, *Patavinus Nobilis. Philoſophus ac Medicus inſignis. Vixit circa A. C. 1550. Iuſtus in Chronol. Medic.*

In quæſtionem Hieronymi Boniperti Novarienſis, de materiæ imminutione in principio morbi, diſſolutiones. Ejuſdem de totius evacuandæ materiæ ratione explicatio. Patavii, apud Iacobum Fabrianum, 1556, in 4.

GASPAR HOFMANNUS, *Gotha-Thuringus*

De Thorace, ejuſque partibus commentarius tripartitus, in quo diſcutiuntur præcipue ea, quæ inter Ariſtotelem & Galenum controverſa ſunt. Francof. apud Aubrios, 1627, in fol.

De uſu Cerebri, ſecundum Ariſtotelem, Diatriba. Lipſiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1619, in 8.

De uſu Lienis ſecundum Ariſtotelem, liber ſingularis. Lipſiæ, apud Ioa. Bernerum, 1615, in 8.

De Ichoribus & in quibus illi apparent affectibus, Collectanea. Lipſiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1617, in 8. Hi tres tractatus ſimul poſtea editi ſunt Leidæ, apud Franciſcum Hegerum & Hackium, 1639, in 12.

De Thermis Hirsbergenſibus liber. Extat cum Conſiliis, & Epiſtolis Ioa. Cratonis. Francof. apud hæredes Andreæ Wecheli, 1591, in 8.

Commentarii in Galeni de Vſu partium Corporis humani lib. XVII. Cum variis lectionibus in utrumque Codicem, Græcum & Latinum. Francof. apud Dan. & David. Aubrios 1625, in fol.

De Generatione hominis libri quatuor. Contra Mundinum Mundinium. Adjecimus ſententiam ejuſdem de Formarum origine ſecundum Ariſtotelem. Francof. apud Clementem Schleichium, 1629, in fol.

De Locis affectis libri tres. His præmiſimus Septenarium Controverſiarum huc facientium. Noribergæ, apud Wolfg. Endterum, 1642, in 12.

Relatio hiſtorica Iudicii acti in campis elyſiis coram Rhadamanto contra Galenum, cum approbatione Apollinis in Parnaſſo, communicata per Mercurium. Noribergæ, apud Wolfg. Endterum, 1642, in 12.

Animadverſiones in Com. Montani libros quinque de Morbis & Thomæ Eraſti Anatomen eorumdem, nec non Ant-Eraſtica ejuſdem

Montani. Cum auctario de Cauſſa continente. Amſtelredami, apud Ioh. Ianſſonium, 1641, in 12.

Inſtitutionum medicarum libri VI. Lugduni, apud Ioh. Ant. Huguetan, 1645, in 4.

Inſtitutionum ſuarum medicarum Epitome, in ſex libros digeſta. Ex ipſius Auctoris autographo primum edita. Pariſiis, apud Caſp. Meturas, 1648, in 12.

Opuſcula medica, in duas partes diviſa. In prima habentur

Rejectanea Pathologica, qua de Morbis formæ & materiæ, à Fernelio, Argenterioque per ſomnum viſis. Helmæſtadii, apud Ieremiam Rixnerum, 1639, in 8.

Notæ perpetuæ in Cl. Galeni de Offibus ad Tirones librum. Helmæſtadii, apud Iacobum Lucium, 1630, in fol.

Pathologia parva, in qua Methodus Galeni Practica explicatur, quam olim Franciſcus Friſimelica promiſerat. Ienæ, 1640, in 8.

De Medicamentis officinalibus, tam Simplicibus quam compoſitis, libri duo. Acceſſerunt quaſi Paralipomena, quæ vel ex Animalibus, vel ex Mineralibus petuntur. Opus triginta annorum. Pariſiis, apud Caſparum Meturas, 1646, 1647, in 4.

Variarum lectionum lib. VI. In quibus loca multa Dioſcoridis, Athenæi, Plinii, Hippocratis, Ariſtotelis, Galeni, aliorum, qua illuſtrantur, qua explicantur. Lipſiæ, apud Eliam Rehefeldium & Ioh. Groſſium, 1619, in 8.

Epiſtolæ variæ Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

Conſilia & Epiſtolæ Medicæ extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol..

Pro veritate opellæ tres. I, Adtaſtea Galeni. II, Exercitationes juveniles contra Patiſanum, alioſque XVI Neotericos. III, Antargenterius. Secunda Parte continentur, I. Auguſtini Buccii, Ludov. Buccaferreæ, & Iul. Cæſar. Claudini, de Principatu Partium Corporis Quæſtiones III, cum ἐπικρίσει Gaſp. Hoffmanni. II. Collatio doctrinæ Ariſtotelis, cum doctrina Galeni, de Anima. III. Pathologia parva. IV. Rejectanea Pathologica. Collatio doctrinæ Ariſtotelis cum doctrina Galeni de Anima. Lutetiæ Pariſ. 1647, in 4.

Digreſſio ad Circulationem Sanguinis in Anglia natam. Extat cum Ioannis Riolani opuſcul. Anatom. Lutetiæ Pariſ. apud Caſp. Meturas, 1647, in 4.

In Aug. Buccium, & Ludov. Buccaferream de Principatu partium corporis, & Iul. Cæſ. Claudinum de ſede facultatum principum, ἐπικρίσεις. Lutetiæ Pariſ. apud Gaſp. Meturas, 1647, in 4.

GASPAR LINDNERUS

Epiſtolæ quædam Medicæ extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. pag. 105, & ſeqq. Hanov. 1610, in fol.

GASPAR LOPEZ, *Canarius*

In libros Galeni de Temperamentis novi & integri commentarii, in quibus fere omnia, quæ ad naturalem Medicinæ partem ſpectant, continentur.

nentur. Compluti, apud Petrum Robles, & Franc. Cormellas, 1565, in fol.

GASPAR MALLINIVS

Iatrotheologonomicomachia. Argentinæ, apud Bern. Iobinum, 1575, in 8.

GASPAR MARCVCIVS, *Lucenſis*

De Iejunio, & eſu Piſcium in Vere Diſputatiuncula, adverſus Clariſſ. Med. Leonarthum Fuchſium. Veneiis, apud Ioan. Bapt. Combum, 1624, in 12.

Quadripartitum melancholicum. Quo variæ quæſtiones de Melancholiæ morbo, eſſentia, differentiis, cauſſis, prognoſi, curatione habentur. Et plura de morbo hypochondriaco, veris melancholicorum ſomniis & amantium melancholia innoteſcunt. Romæ, apud Andr. Pheum, 1645, in 4.

GASPAR NÆVIVS, *Chemnitius, Philoſophus ac Medicus præſtanti eruditione, Profeſſor Gymnaſii Lipſienſis. Vixit circa A. C.* 1550. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Epiſtola ad Petrum Andream Matthiolum. Qua admonetur Matthiolus de quibuſdam Plantis, in quibus ab ipſo diſſentit Nævius, nempe de Scorpioide, Polygala, & Cytiſo. Extat lib. III Epiſtol. Matthioli, pag. 315, edit. Lugdunenſis.

Epiſtola ad eundem. Qua agitur de quadam terra cœrulea quam pro Armenio lapide mittit ad Matthiolum. Extat lib. III Epiſt. Matth. pag. 334, edit. Lugdun.

De Venæſectione Diſputatio. Lipſiæ, 1548, in 4.

De ratione alterandi humores, per medicamenta ad purgandum, atque eorundem evacuationis tempore. Ibidem, 1551, in 4.

Conſilia aliquot medica. Extant cum Conſiliis Germaniæ Medicorum, quæ Ioa. Philippus Brendelius collegit. Francof. apud Palthenium, 1616, in 4. & alia cum iis, quæ Ioannes Wittichius edidit Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4. & alia cum iis quæ Laurentius Scholzius edidit Francof. apud hæredes Andr. Wecheli, 1589, in fol.

GASPAR PETRINA

Examen Pharmaceuticum Tironibus faciendum, excerptum ex Operibus Ioan. Ludov. Bertaldi. Extat cum ejuſdem Tractatu Confectionis de Hyacintho.

GASPAR PEVCERVS, *Budiſſenſis, Medicus & Mathematum Profeſſor egregius VViteberga. Philippi Melanchthonis gener. Floruit circa A.C.* 1556. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Appellationes Quadrupedum, Inſectorum, Volucrum, Piſcium, Frugum, Leguminum, Olerum, & Fructuum communium, quas cum Paulo Ebero collegit. Witebergæ, apud Seitzium, 1551, in 8. Lipſiæ, apud Ioa. Rambavum, 1559, in 8. Cum Vocabulis rei nummariæ, ponderum, & menſurarum, Græcis, Latinis, Hebraicis, collectis ex Budæi, Camerarii, & Melanchthonis Annotationibus.

Practica, ſeu Methodus curandi morbos internos, tum generalis tum particularis. Francof. apud Ioa. Bernerum, 1614, in 8.

Propoſitiones de Hydrope, Arthritide & Pleuritide. Ibid. 1563, in 4.

Propoſitiones de propriis rebus Phyſicis. Francof. 1557, in 8.

Oratio de Sympathia & antipathia rerum in natura. Ibidem, 1574, in 8.

Tractatus de Febribus. Francof. apud Nicol. Hofmannum, 1614, in 8.

Oratio qua continetur Explicatio Hippocr. Aphoriſmi XLII, partis II, qui eſt de Apoplexia. Witebergæ, 1560, in 4.

De Præcipuis Divinationum generibus. Wittebergæ, 1553, in 8. Serveſtæ, 1591, in 8.

GASPAR PILLETERIUS, *Monſpelienſis*

Plantarum tum patriarum, tum exoticarum, in Walachria, Zelandiæ inſula, naſcentium Synonymia. Middelburgi, apud Richard. Schilders, 1610, in 8.

GASPAR SCHWENCKFELT, *Gryphimontanus Sileſius*

Stirpium & Foſſilium Sileſiæ Catalogus. In quo præter etymon, natales, tempus, natura & vires cum variis experimentis aſſignantur. Lipſiæ, apud Dav. Albertum, 1601, in 4.

Theſaurus Pharmaceuticus, medicamentorum omnium fere facultates & præparationes continens, ex probatiſſimis quibuſque auctoribus collectus. Adjectus eſt Guil. Rondeletii tractatus de ſuccedaneis. Baſileæ, apud Frobenium, 1587, in 8. Francof. apud Ludov. Regem, 1630, in 8.

Deſcriptio & uſus Thermarum Hirsbergenſium. Cui accedit de Aquis mineralibus, & Thermis ferinis Inſtructio generalis. Gorlicii, apud Barthol. Voigt, 1607, in 8.

Theriotropheium Sileſiæ, in quo Animalium, hoc eſt, Quadrupedum, reptilium, avium, piſcium, & inſectorum natura, vis ac uſus perſtringitur. Lignicii, apud Barthol. Voigt, & David Alberti, 1603, in 4.

GASPAR SERMUNDUS

De Balneorum Burmienſium præſtantia & uſu. Mediolani, apud Pacificum Pontium, 1594, in 4.

GASPAR TALIACOTIUS, *Bononienſis*

Cheirurgia nova, de Narium, aurium, labiorumque defectu, per inſitionem cutis ex humero, arte, hactenus omnibus ignota, ſarciendo. Quæ de Curtis pars Cheirurgiæ nobiliſſima, tam à Neotericis, quam Veteribus, magno artis, at majore laborantium diſpendio & jactura, tot fuit ſeculis deſiderata. Additis Cutis Traducis inſtrumentorum omnium, atque deligationum Iconibus, & Tabulis. Francof. apud Ioan. Saurium, 1598, in 8. apud Petrum Kopffium, anno & forma iiſdem, & jam ante Venetiis, apud Gaſp. Bindonum, 1597, in fol. titulo, De Curtorum Chirurgia per inciſionem libri duo. Additis Inſtrumentorum omnium, & deligationum Iconibus & Tabulis.

Epiſtola ad Hier. Mercurialem, de Naribus multo ante abſciſſis, reficiendis, invento plane novo & admirando, à Veſalio, Paræo, Gourmeleno plurimum evariante. Extat cum Mercurialis de Decoratione libro, Francof. apud Wechelum, 1587, in 8.

Conſilia Medica extant eo in opere quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4.

GASPAR

GASPAR TORELLA, *Epiſcopus S. Iuſtæ*

De Pudendagra tractatus unus. De Vlceribus in Pudendagra, tractatus alter. De Dolore in Pudendagra Dialogus. Conſilia quædam contra Pudendagram. Exhibentur tomo 1 Operis de Morbo Gallico Veneti, pag. 421, & ſeqq.

Conſilium de ægritudine peſtifera & contagioſa omnibus cognominata, nuper cognita, quam Hiſpani modo Villa vocant. Extat cum Conſiliis Baverii. Papiæ, apud Bernardinum de Garaldis, 1521, in fol. Argentorati, 1542, in 4.

GASPAR TRISTAN

Diſceptatio de clerico medico. Valentiæ, 1606, in 8.

GASPAR WENCK, *Moſpurgenſis è Soc. Ieſu*

Notæ Vngocriti magnetici & actiones ejuſdem adverſus Rod. Goclenium. Dillingæ, 1626, in 8.

GASPAR WOLPHIVS, *Tigurinus*

Scorpionis inſecti hiſtoria. Extat cum Conradi Geſneri de Animalium hiſtoria lib. v. Tiguri, apud Froſchoverum, 1587, in fol.

De Stirpium Collectione tabulæ tum generales tum per duodecim menſes. Ibid. 1587, in 8.

Volumen Gynæciorum de mulierum gravidarum, parturientium & aliarum natura, morbis, &c. Baſileæ, 1566, in 4.

Aphoriſmorum Hippocratis Methodus nova ab Achille P. Gaſſero Lindavienſi primum v. libris diſtincta, deinde vero Conradi Geſneri opera illuſtrata. Huic accedunt libelli de re medica aliquot prius non editi. Sangalli, 1584, in 8.

Alphabetum Empiricum, ſive Dioſcoridis & Stephani Athenienſis de Remediis expertis liber, juxta Alphabeti ordinem digeſtus. Tiguri, apud Froſchoverum, 1581, in 8.

Tabula generalis diverſorum ponderum ac totius ſecundi libri Dominici Maſſarii Vicentini de Ponderibus quaſi quoddam compendium, diducens ſemper majora in minora, & oſtendens quoties minor in majore comprehendatur: una cum ejuſdem Abaco. Extat cum Dom. Maſſarii de Ponderibus & Menſuris libris tribus.

Virorum Illuſtrium alphabetica enumeratio, qui de ponderum ac menſurarum doctrina vel integros libros aut tractatus ſcripſerunt, vel ſaltem obiter aut ſummarie in ſuis ſcriptis hanc materiam attigerunt. Extat cum eiſdem Dominici Maſſarii libris.

Epiſtolarum Medicinalium lib. III. Conr. Geſneri in lucem edidit. Item: Moſchionis lib. I. De Muliebribus Affectibus Græce. Viaticum Novum de omnium particularium morborum curatione. Tiguri, 1565, in 8.

GASTO DVLCO, *ſive* CLAVEVS, *Nivernenſis*

Apologia Chryſopœæ, & Argyropœæ, adverſus Thomam Eraſtum; in qua diſputatur & docetur, An, Quid, & Quomodo ſit Chryſopœa & Argyropœa. Cum novo Autoris opere de Triplici auri, & argenti præparatione. Vrſellis, apud Corn. Sutorium, 1602, in 8. & Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8, pag. 1.

Philoſophia Chymica tribus tractatibus comprehenſa. Coloniæ Allobr. 1612, in 8.

De triplici præparatione auri & argenti. Ejuſdem, De recta & vera ratione progignendi Lapidis Philoſophici, ſeu Salis Argentifici & Aurifici, Tractatus duo. Extat Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

GAVDENTIVS MERVLA, *Novarienſis*

Memorabilium opus, recognitum & quatuor libris auctum cum emendatione & Scholiis Pomponii Caſtalii Olivetani. Lugduni, apud Matthiam Bonhomme, 1556, in 8.

GEBER, *Arabs*

De Alchemia traditio ſummæ perfectionis, in duos libros diviſa. Item liber inveſtigationis magiſterii ejuſdem. Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1598, in 8.

Summa perfectionis magiſterii in ſua natura. Romæ, apud Marcellum Silber, in 8. Venetiis, 1542, in 8.

Περὶ Χημείας libellus, quem inſcripſit de Inveſtigatione perfectionis, incerto interprete. Extat cum Veræ Alchemiæ aliquot ſcriptoribus; à Guil. Gratarolo collectis. Baſileæ, apud Henr. Petri & Petrum Pernam, 1561, in fol. pag. 112.

Liber Fornacum ad exercendam Χημείαν pertinentium, interprete Rodogero Hiſpalenſi. Extat ibidem pag. 193. uterque ſeorſim apud Pet. Pernam, 1572, in 8.

GELENVS GERARDIVS, *Flandrus*

Hippocratis Coi, de Medicamentis Purgatoriis Libellus, è Græco integer, breviterque & dilucide explicatus: Cuivis, in Sanitatis ratione, perquam utilis. Antwerpiæ, apud Ioa. Bellerum, 1583, in 8.

GEMMA FRISIVS, *Mathematicus & Medicus egregius apud Lovanienſes. Vixit circa A. C. 1536. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Conſilia quædam de Arthritide extant eo in opere, quod Henricus Garetius edidit Francof. apud Ioan. Wechelum, 1592, in 8.

GENESIVS PASTOR de GALLEGO, *Orcelitanus*

Brevis Epitome valde utilis ad prædicendum futura in morbis acutis. Oriolæ, apud Auguſt. Martinez, 1624, in 8.

GENTILIS de FLORENTIA, *Vixit circa A. C. 1320. VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Super primum & ſecundum tractatum Fen quintæ quarti Canonis Avicennæ, ſc. de Diſlocationibus & Fracturis, quos Dinus non expoſuit, Expoſitio. Extat cum Dini de Garbo Chirurgia, Venetiis, apud Luc-Antonium Iunctam, 1536, in fol. fol. 119 ℣.

GENTILIS FVLGINAS, *ſive Peruſinus de Fulgineo, Medicinæ Profeſſor inſignis, Anima Avicennæ exiſtimatus. Claruit ſecundum Trittemium A. C. 1320, ſub Ludovico Bavaro: ſecundum Gaſſarum, A. C. 1343. VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic. Renat. Moreau de V.S. in Pleurit. Vixit A.C. 1312. exactiſſimus Avicennæ enarrator.*

Expoſitiones cum textu Avicennæ. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1484, 1486, in fol. apud Baptiſtam de Tortis, 1492, in fol. 4 voll. His adjecta ſunt Quæſtio de Febre: de Actuatione medicinarum: de Phthiſi: de

de Majoritate morbi: tractatus de Proportione medicinarum, ſeu doſi: & Conſilia varia.

Conſilia peregregia ad quævis morborum totius corporis genera. Ejuſdem tractatus de Hernia: & Receptæ ſuper primam Fen quarti Avicennæ ordinatæ: & de Balneis nos circumſtantibus, & naturis ipſorum & temporibus ipſa viſitandi. Extant hæc omnia cum Antonii Cermiſoni Conſiliis, Venetiis, apud Octav. Scotum, 1503, in fol.

De Febribus. Venetiis, 1526, in fol.

De Lepra tractatus, extat cum Dini de Garbo Chirurgia, Venetiis, apud Luc-Antonium Iuntam, 1536, in fol. pag. 54.

De Balneis tractatus duo. Extant pag. 181, 182 Operis Veneti de Balneis.

Excerpta de Balneis ex Commentariis in Avicennam, extant pag. 347, ejuſdem Operis de Balneis.

De Proportionibus Medicinarum: & de modo inveſtigandi complexiones eorum, & ad ſciendum convenientem doſim cujuſlibet medicinæ. Extat inter Opuſcula illuſtrium Medicorum de Doſibus. Patavii, apud Gratioſum Perchacinum, 1556, in 8. apud Paulum Mejettum, 1579, in 4. Lugd. apud Ioan. Mareſchallum, 1584, in 8.

Quæſtiones & tractatus extravagantes noviter cum ſummo labore collecti, & cum magna diligentia emendati. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1520, in fol.

Expoſitio cum Commento Ægidii Monachi Benedictini, lib. 1. Iudiciorum de Vrinis: & lib. 1. de Pulſibus. Venetiis, 1494, in 8. Lugd. 1505, in 8.

GEORGIVS AGRICOLA, *Kempnicenſis. Excellens Philoſophus & Medicus. Innotuit circa A. C.* 1528. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

De ortu, & cauſis ſubterraneorum lib. v. De natura eorum quæ effluunt ex terra lib. IV. De natura foſſilium lib. x. De veteribus & novis metallis lib. II. Bermannus, ſive de re metallica Dialogus, lib. I. Interpretatio vocum rei metallicæ. Conjunctim Baſileæ, 1546, apud Frobenium, 1558, in fol. Wittebergæ, apud Zachar. Schurerum, 1612, in 8. Acceſſerunt de Metallicis rebus & nominibus obſervationes variæ & eruditæ, ex ſchedis Georgii Fabritii, quibus ea potiſſimum explicantur, quæ Georgius Agricola præteriit. Ioa. Sigfridus in certa capita hæc omnia diſtribuit, capita argumentis, & nonnullis ſcholiis marginalibus illuſtravit.

De natura eorum quæ effluunt è terra lib. IV. Extant pag. 273 Operis Veneti de Balneis.

Lapis Philoſophicus. Coloniæ, 1534.

De re Metallica libri duodecim. Quibus officia, Inſtrumenta, Machinæ, ac omnia denique ad Metallicam ſpectantia non modo luculentiſſime deſcribuntur, ſed & per effigies ſuis locis inſertas, adjunctis Latinis Germanicisque appellationibus, ita ob oculos ponuntur, ut clarius tradi non poſſint. Ejuſdem de Animantibus ſubterraneis liber, ab Auctore recognitus. Baſileæ, apud Frobenium, 1561, in fol. Wittembergæ, apud Zachariam Schurerum, 1614, in 8. à Ioanne Sigfrido Scholiis marginalibus illuſtratus. Schweinfurti, apud Kemlinum, 1607, in 8. Baſileæ, apud Ludov. Regem, 1621, in fol.

De Menſuris & Ponderibus Romanorum atque Græcorum lib. v. De externis menſuris & ponderibus lib. II. Ad ea, quæ Andr. Alciatus denuo diſputavit de menſuris & ponderibus, brevis defenſio, lib. I. De menſuris, quibus intervalla metimur, lib. I. De reſtituendis ponderibus atque menſuris, lib. I. De pretio metallorum, & monetis lib. III. Baſileæ, apud Frobenium, 1550, in fol.

Libri quinque de Menſuris & Ponderibus, in quibus pleraque à Budæo, & Portio parum animadverſa diligenter excutiuntur. Pariſiis, apud Chriſt. Wechelum, 1533, in 8.

Bermannus, ſive de re Metallica Dialogus. Baſileæ, apud Frobenium, 1549, in 8.

De Animantibus ſubterraneis liber, in certa capita diviſus & nonnullis marginalibus exornatus à Ioa. Sigfrido. Witebergæ, apud Zachariam Schurerum, 1614, in 8.

De Peſte libri tres. Baſileæ, apud Frobenium, 1554, in 8. Schwinfurti, apud Caſp. Kemlinum, 1607, in 8. opera Leonhardi Bauſchii denuo adornati. Gieſſæ, 1611, in 8.

GEORGIVS ALEXANDRINVS

Enarrationes rerum Priſcarum de re Ruſtica cum Philippi Bervaldi annot. in Columellam. Lugduni, 1541, in 8.

GEORGIVS AMWALD, *in Durnhoff*

Gloſſema in Epiſtolam Libavianam abhinc quinquennio de Panacea Amwaldina ſcripta. Rorſchachii, apud Leonardum Straubum, 1596, in 4. Addita eſt Epiſtola in Panaceæ Amwaldinæ, ejuſque auctoris laudem, à Friderico Taubmanno ſcripta: & Propempticon eidem factum à Conrado Lejo: denique Encomion in eandem Panaceam, Andrea Lagnero autore.

GEORGIVS BARTOLDVS PONTANVS

Bartholomæi Anglici libris XVIII, de Proprietatibus rerum, addi procuravit XIX, de Variarum rerum Accidentibus.

GEORGIVS BEATVS

Aureliæ Occultæ partes duæ. Extant Volumine quarto Theatri Chymici editi, 1613, in 8. Baſil. Valentin. Azoth interpretatus eſt.

GEORGIVS BERTINVS, *Campanus*

Medicina, libris viginti methodice abſoluta. In qua mutuus Græcorum & Arabum Conſenſus, legitima veteris Medicinæ adverſus Paracelſiſtas Defenſio, vera Animadverſionum Argenterii in Hippocratem & Galenum Confutatio, dilucida Controverſiarum & Locorum difficilium explicatio, atque accurata novarum hoc ſeculo rerum Obſervatio continentur. Baſileæ, apud Conr. Waldkirchium, 1587, in fol.

De Conſultationibus Medicorum, & Methodica Febrium curatione Commentarius. Baſileæ, apud Conr. Waldkirch, 1586, in 8.

GEORGIVS CALAMINVS, *Silberbergenſis*

Vita Ioannis Guintherii Andernaci Medici celeberrimi carmine conſcripta. Adjuncta eſt in ejuſdem obitum Nænia, & in funus tumulumque Carmen. Argentorati, 1575, in 4.

GEORGIVS CASPIVS, *Hannonius*

Ad Bonaventuræ Grangerii admonitionem indoctam & contume-

liosam

lioſam de cautionibus in ſanguinis miſſione adhibendis Reſponſio, qua Leonhardi Botalli libellus de curatione & ſanguinis miſſione defenditur. Baſileæ, apud Ioan. Mareſchallum, 1580, in 8.

Caſtigatio Bonaventuræ Grangerii, ſeu Villici, Animadverſionis adverſus Leonhardum Botallum. Ibidem, 1582, in 8.

GEORGIVS CAVFVNGER

Ioa. Magiri Anthropologiam complevit & locupletavit.

Trutina Medica. Patavii, 1654, in 4.

GEORGIVS COLLIMITIVS, *Tanſtetterus*

Artificium de Applicatione Aſtrologiæ ad Medicinam, deque convenientia earundem. De ratione dierum Criticorum Canones: ſuper eadem re Axiomata novem. De diebus Criticis inveſtigandis ex figura Cœli, & puncto temporis, quo laborare cœpit infirmus. De naturis & proprietatibus Planetarum compendium. Item de adminiſtratione pharmacorum,& Phlebotomia Canones poſtremi. Iudicium tempeſtatum. Argentorati, apud Georg. Vlricherum, 1531, in 8.

GEORGIVS CVNELIVS

Diſputatio de Hæmorrhoidibus. Lipſiæ, 1591, in 4.

GEORGIVS DORDONVS, *Placentinus*

De Morbi Gallici curatione tractatus quatuor. Annotationes ejuſdem centum in ſimplicium materiam. Papiæ, apud Hier. Bartholum, 1568, in 8.

GEORGIVS ENT, *Londinenſis*

Apologia pro Circulatione ſanguinis: qua reſpondetur Æmylio Pariſano, Medico Veneto. Londini, apud Guil. Hope, 1641, in 8.

GEORGIVS FABER

Epiſtolæ Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

De vulnere quodam faciei inflicto, Obſervatio rara & admiranda. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſerv. Chirurg. Cent. III. Oppenheimi, apud Ioa. Theod. de Bry, 1614, in 8, pag. 112.

De punctura Veſpæ. Item de infeliciſſimo ſucceſſu Croci metallorum. Extat cum ejuſdem Cent. IV. Ibidem, 1619, in 4, pag. 178.

De cerebro non putrefacto in cadavere 50 annis ſub terra repoſito, Obſervatio. Extat cum ejuſdem Cent. V. Francof. apud Matth. Merianum, 1627, in 4, pag. 20.

GEORGIVS FABRICIVS

De Metallicis rebus, ac nominibus obſervationes variæ,& eruditæ: quibus ea potiſſimum explicantur, quæ Georgius Agricola præteriit. Extant cum Opere de omni foſſilium genere, &c. à Conr. Geſnero edito Tiguri, apud Iac. Geſnerum, 1565, in 8. & cum Georg. Agricolæ de Ortu & Cauſis ſubterraneorum lib. V. Wittebergæ, apud Zach. Schurerum, 1612, in 8.

GEORGIVS FRANCIOTTVS, *Lucenſis*

De Balneo Villenſi, in agro Lucenſi poſito, tractatus. Exhibetur pag. 158 Operis Veneti de Balneis.

GEORGIVS FRIDERICVS LAVRENTIVS

Exercitationum in nonnullos minus abſolute veros Hippocratis

Aphoriſmos, eorumque rationes, conſcriptarum, Pars prima. Hamburgi, apud Iac. Debellinum, 1647, in 4.

Defenſio Venæſectionis in Febre acuta, continua & maligna prope pedis dextri pollicem. Hamburgi, 1647, in 4.

Neceſſaria defenſio ſive reſponſio ad mendacia & convicia ejuſdem, 1648, in 4.

Monochordum Foreſio-Lygæo-Langwedelianum, in 4.

Proteſtatio adverſus Paſquillantis calumnias. 1647, in 4.

GEORGIVS GARNERVS

Epitome, ſeu Brachylogia loimodes, deſumpta ex libro magno de Peſte, quæ graſſata eſt Venetiis, anno D. 1576, & Bruntruti, anno D. 1582, & iiſce periculoſis temporibus diligenter reviſa, atque multis egregiis maximeque probatis remediis locupletata, & ad totius reipublicæ Chriſtianæ veritatem promulgata, atque excuſa. Bruntruti, apud Chriſtoph. Kracau, 1610, in 8.

GEORGIVS GOMEZ, *Toletanus*

De ſecanda vena in pleuritide liber. Toleti, 1539, 1577, in 4.

GEORGIVS GOMEZ PEREIRA

Antoniana margarita, in qua omnium pene morborum diſcurſus proponuntur. Methymnæ Duelli, apud Antonium Grasbeet, 1554, & 1587, in fol.

Nova, veraque Medicina, Chriſtiana ratione comprobata. Methymnæ Duelli, 1558, in fol.

GEORGIVS GRASECCIVS, *Argentinenſis*

Μικρογραφικὸν θέατρον, in quo Fabrica humani corporis maſculum repræſentantis affabre demonſtratur, una cum Icone maſculi hominis diſſecti, ſeorſim expreſſa. Argentorati, apud Ioa. Carolum, 1605, in 8.

Scatebra Petrina, ſive Acidularum D. Petri, & Griesbacenſium. Cui accedit præcipuorum humani corporis morborum medica praxis ad thermarum uſum accommodata. Argentinæ, apud Iobum, 1607, in 8.

Oratio de dicto vulgari, Medice vivere, eſt peſſime vivere. Extat Orationum Argentinenſium tomo II, pag. 105. edit. Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1611, in 8.

GEORGIVS HAMBERGERVS

Diſputatio de Stomacace & Scelotyrbe, vulgo Scorbuto nuncupato. Tubingæ, 1586, in 4.

Diſputat. de Vertigine. Ibid. 1589, in 4.

Diſputatio de Phrenitide. Ibid. apud Gruppenbachium, 1589, in 4.

GEORGIVS HEBENSTREIT, *Auguſtanus*

Epiſtola Medica extat cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

De Veneno Canis rabidi Epiſtolæ binæ extant cum Gregorii Horſtii Obſevat. Medicinal. ſingular. lib. IV poſteriorib. Vlmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

Πέμπτας una Quæſtionum Miſcellanearum Politico-Medicarum. Tubingæ, 1627, in 12.

GEORGIVS HENISCHIVS, *Bartphanus*

Enchiridion Medicinæ Medicamentorum tam ſimplicium quam com-

compoſitorum in certos titulos diſtinctam Sylvam continens, quorum in Pharmacopoliis & medicinis præcipuus uſus eſt. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1573, in 8.

Ætiologica, Semeiotica, & Therapeutica Morborum Acutorum & Diuturnorum Aretæi Cappadocis. Græce & Latine conjunctim edita, tribus MSS. codicibus Veneto, Bavarico, Auguſtano collatis. Cum commentario, quo obſcura doctrina de nominibus & parte affecta morborum ſingulorum cum ſuis ſignis perſpicua methodo illuſtratur. Auguſtæ Vindel. apud Georg. Willerum, 1603, in fol.

GEORGIVS HENRIQVES, *Luſitanus*

De Cibo & Potu. Matriti, ex officina regia, 1615, in 8.

GEORGIVS HIERONYMVS VELSCHIVS

Diſſertatio Medico-Philoſophica de Ægagropilis: ſive Calculis in Rupicaprarum ventriculis reperiri ſolitis. Auguſtæ Vind. apud Ioh. Weh, 1660, in 4.

GEORGIVS HITZLERVS

Oratio de Vita & morte Cl. Philoſ. & Med. Leonharti Fuchſii, Artis medendi in Academia Tubingenſi Profeſſoris eximii. Tubingæ, 1566, in 4. & tomo 1 Operum Fuchſii, Francof. apud Wechelum, 1566, in fol. edit.

GEORGIVS KIRSTENIVS

Oratio de Medicinæ dignitate & Præſtantia contra Platonem & Plinium. Stetini, 1647, in 4.

GEORGIVS KRAVT, *Hagenoënſis*

Experimentarius Medicinæ. Continens Trotulæ curandarum ægritudinum muliebrium, ante, in, & poſt partum Lib. unicum, nuſquam antea editum. Quo fœminei ſexus accidentes morbi & paſſiones; Infantium & puerorum à partu cura; Nutricis delectus, ac reliqua iiſce adnata; Diſpoſitiones utrique Sexui contingentes; Experimenta denique variarum ægritudinum; cum quibuſdam medicamentis decorationi Corporis inſervientia, edocentur.

Oct. Horatiani, de curationibus omnium ferme morborum Homini accidentium. De acutis & chronicis paſſionibus. De mulierum accidentibus, & curis eorundem. Deque Phyſica ſcientia experimentorum libros quatuor.

Lib. item quatuor Hildegardis de Elementorum, Fluminum aliquot Germaniæ, Metallorum, Leguminum, Fruticum, Herbarum, Arborum, Arbuſtorum, Piſcium, Volatilium, & Animantium terræ naturis & operationibus.

Oribaſii de Simplicium, quæ Medicis præcipue in uſu ſunt, virtutibus, lib. quinque.

Theodori Diætam: quibuſnam vel ſalubriter utendum, vel cautius abſtinendum. Hippocratis item breviſſimam per ſingulos Anni Menſes vivendi rationem.

Æſculapii de Morborum, Infirmitatum, Corporiſque accidentium origine, cauſis, deſcriptionibus & cura, Lib. unum utiliſſimum. Argentinæ, apud Ioa. Schottum, 1544, in fol.

Libellus introductorius de principiis univerſalibus totius Medicinæ, tam

tam theoricæ, quam practicæ, ex doctrina Avicennæ aliorumque congeſtus, & tabulis magna ex parte explicatus. Hagenoæ, apud Val. Kobian, 1533, in fol. cum Galeatii de S. Sophia in Nonum Raſis Commentariis, ab eodem emendatis.

GEORGIVS KVFNERVS

Appendix de Morbis Puerorum ad Leonelli Faventini de Victoriis tractatum de Ægritudinibus Infantium. Venetiis, apud Valgriſium, 1557, in 8. Lugduni, apud Ant. de Harſy, 1574, in 8. cum ejuſdem Leonelli Practica medicinali, in 12.

GEORGIVS LOYSIVS

Pervigilium Mercurii, in quo agitur de præſtantiſſimis Peregrinantis Virtutibus. Spiræ, 1600, in 12.

GEORGIVS MARCGRAVIVS de LIEBSTAD, *Miſnicus Germanus.*

Hiſtoriæ rerum naturalium, libri octo; quorum *tres* priores agunt de Plantis. *Quartus* de Piſcibus. *Quintus* de Avibus. *Sextus* de Quadrupedibus & Serpentibus. *Septimus* de Inſectis. *Octavus* de ipſa Regione, & illius Incolis. Cum appendice de Tapuyis, & Chilenſibus. Ioannes de Laet, Antwerpianus, in ordinem digeſſit & Annotationes addidit, & varia ab Auctore omiſſa ſupplevit & illuſtravit. Extat cum Hiſtoria naturali Braſiliæ, auſpicio ac beneficio Illuſtriſſ. I. MAVRICII Com. Naſſaviæ, illius Provinciæ & Maris Summi Præfecti adornata. Lugd. Batav. apud Franc. Hackium, & Amſtelodami, apud Ludov. Elzevirium, 1648, in fol.

GEORGIVS MARIVS, *Herbipolenſis*

Epiſtola ad Petrum Andream Matthiolum. Qua agitur de Plantis nonnullis, nempe Picea, Chamæleonibus, Pyrethro, Saxifragia, Hermodactylo, & quibuſdam aliarum imaginibus. Extat lib. III Epiſt. Matthioli, pag. 337, edit. Lugdunenſis.

Conſilia quædam Medica extant eo in opere quod Ioannes Wittichius collegit & edidit Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

GEORGIVS MELICHIVS, *Auguſtanus*

Diſpenſatorium medicum, ſive de recta medicamentorum, quorum hodie uſus eſt, parandorum ratione, commentarii, Medicis & Pharmacopœis utiliſſimi: ex Italico in Latinum ſermonem converſi à Samuele Keller, Anhaltino. Witebergæ, apud hæredes Ioa. Cratonis, 1586, in 4. Francof. apud Palthenium, 1601, in 12. Cui adjectum eſt Compendium Medicinæ Practicæ Franciſcimariæ de Tectoriis Vrbinatis. Ibidem, 1624, in 8. addito Antidotario Romano.

GEORGIVS MERVLA, *Alexandrinus*

Annotationes in Galeotti Martii de Homine libros duos: extant cum his ipſis Baſileæ, apud Frobenium, 1517, in 4. Oppenheimi, apud Ionam Roſam, 1610, in 8.

Annotationes in Aphrodiſei Problematum Verſionem Georg. Vallæ. Pariſiis, 1520, in fol.

GEORGIVS MOCHINGERVS

Compendium inſtitutionum medicarum Danielis Sennerti M. D. Diſputationibus XVII in illuſtri Academia Lipſienſi propoſitum. Pariſiis, apud Petrum Billaine, 1631, in 12.

GEOR-

GEORGIVS MORALIS, *Luſitanus*

Commentaria in magni Hippocratis Coi Aphoriſmorum lib. II priores. Venetiis, apud Paulum Paleonium, 1648, in 4.

Enchiridion Medicum Ethicum & Theologicum. Venet. 1655, in 12.

GEORIVS PALMA

Epiſtolæ aliquot Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

GEORGIVS PHÆDRO, *de Geleinen*

Chirurgia minor, hoc eſt, omnium ulcerum perfectæ curationis methodus. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1562, in 4.

Eleenus, ſive perfecta Epilepſiæ curatio. Item Aquila cœleſtis, ſive correcta Hydrargyri præcipitatio. Extat cum Alex. à Suchten libello de Antimonio, Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1575, in 8. Exſtat etiam parte II Anti-Magico-Medici Ant. Zimaræ, pag. 362.

De Balneis Puteolanis liber. Ibidem, 1571, in 8.

Opuſcula Iatro-Chemica quatuor: I, Praxis Medico-Chemica. II, Halopyrgice, ſive Peſtis Medico-Chimica curatio. III, Chirurgia minor. IV, Furnus Chymicus. In quibus non ſolum difficiliorum & inſanabilium morborum ratio curandi chymica proponitur, ſed etiam ipſa præparandorum Arcanorum doctrina, & Characteriſticæ, ſive Cœleſtis Phyſicæ Elucidatio perſpicue demonſtratur. Prodeunt è Bibliotheca Schenckiana: curante Ioa. Andr. Schenckio à Graffenberg. Francofurti apud Ioan. Wolphium, 1611, in 8.

GEORGIVS OETHEVS

Conſilia quædam Medica extant eo in opere quod Ioannes Wittichius collegit & edidit Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

GEORGIVS PICTORIVS, *Villinganus*

Rei Medicæ totius compendioſa traditio; Avicennæ, Galeni, Hippocratis, aliorumque optimorum authorum ſuffragiis, tanta autoris diligentia in unum conſcripta, ut plane nihil quod rationalem medicinam concernit, neglectum videatur. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1558, 1560, in 8.

Ζωοτροφεῖον ſeu Leporarium.

Scholia in Conſtantini Africani de animalibus librum. Item, Laurentii Lippii de Piſcibus librum. Baſileæ, 1560, in 8.

Medicinæ tam ſimplices quam compoſitæ. Baſil. 1560, in 8.

Pantopolion animalium, plantarum, metallorum, &c. naturas carmine comprehendens. Item de Apibus & Cera, & de Dæmonibus ſublunaribus, ac ſpeciebus Magiæ. Ibidem, 1563, in 8.

Tuendæ ſanitatis ratio, VII Dialogis, per ſex rerum (ut Medici vocant) naturalium ordinem, quæ ſunt, aër, cibus, potus, motus, quies, ſomnus, vigilia, repletio, inanitio, animi paſſiones: ex ſummorum Medicorum ſententia conſcripta. Accedunt Succiſivarum Lectionum IX Dialogi. Conviviorum libri III. Ibidem, 1554, in 8. Pariſiis, apud Hier. Marnef, 1580, in 12.

Tuendæ ſanitatis methodus, in gratiam omnium, qui minus exercentur, tam ex optimis autoribus, quam ratione ac fideli experientia, carmine conſcripta. Extat cum Schola Salernitana. Antverpiæ, apud Ioan. Withagium, 1562, in 16.

Separati ſermones Aphoriſtica brevitate in omnes ferme præter naturam affectus ex ſummis medicæ profeſſionis autoribus ſic in unum conſcripti, ut non ſolum in re medica primis tironibus commodo eſſe queant, ſed etiam in arte perfectis utiles haberi videantur. Baſileæ, 1562, in 8.

Phyſicarum quæſtionum Centuriæ tres. Accedunt quorundam magnorum auctorum errores, per eundem notati. Item Pantopolion contra quoſdam Philoſophos, cum tribus dialogis: de Ira refrænanda; de vera Nobilitate; de Ebrietatis turpitudine. Ibidem, 1568, in 8.

Sermonum Convivalium lib. x. Hiſtoricæ, Poëticæ, ac Medicæ rei ſtudioſis valde utiles. Et Ebrietatis in exilium relegatæ threnodia, ejuſdemque reſurgentis triumphantiſque παίανων. Præterea, de Pharmacandi comprobata ratione, medicinarum ſimplicium rectificatione, ſymptomatum purgationis hora ſupervenientium emendatione lib. II. per Theodoricum Vlſterium Med. carmine conſcripti: & nunc primum per eundem D. Pictorium ab interitu vindicati, ſcholiiſque illuſtrati. Quibus accedit quoque Q. Sereni Sammonici libellus de omnium morborum cura, carmine quoque conſcriptus, & ejuſdem D. Pictorii commentariis explanatus. Ibidem, 1559, in 8.

Scholia in Marbodæum de Gemmis & Lapidibus. Quibus accedit de lapide molari carmen. Ibidem, 1531, in 8.

Scholia in Marſilii Ficini de ſtudioſorum valetudine tuenda librum. Præterea in ſeptimum Plinii librum Enarrationes. Ibidem, 1569, in 8.

Scholia in Antonii Gazii de Evacuandi ratione lib. Cum Rerum fortuito evenientium conſolationibus. Ibidem, 1565, in 8.

Scholia in Æmylium Macrum, nunquam antea in lucem edita. Cum Graduum compendioſa tabula. Ibidem, 1559, in 8. & 1581, in 8.

De Peſte, & Papulis Puerorum lib. duo. Ibidem, 1555, in 8.

Regulæ univerſalis curationis morborum, tercentum quadragintaquinque aphoriſmis per D. Arnoldum Catalanum ſive Villanovanum diligenter conſcriptæ & Pictorii commentarii utiliſſimis illuſtratæ. Et Evacuandi ratio, per Antonium Gazionem breviſſima methodo conſcripta, ejuſdemque Pictorii ſcholiis diligenter explicata. Præterea, Rerum fortuito evenientium conſolationes quatuordecim, eodem auctore. Hiſce accedunt Epicyliciarum Quæſtionum omnijuga rerum ſcitu digniſſimarum ubertate ſcatentium, libri decem: eodem auctore. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1565, in 8.

GEORGIVS PYLANDRVS

Hippocratis de morbis libros quatuor vertit, præfationem & argumenta addidit. Pariſiis, 1540, in 4.

GEORGIVS PISIDA, *Conſtantinopolitanus*

Opus ſex dierum, ſeu Mundi Opificium: Ejuſdem Senarii, de Vanitate Vitæ. Omnia Græce in lucem edita, & Latinis verſibus ejuſdem generis expreſſa, per Fed. Morellum, Fed. F. cum fragmentis ex Suida & aliis. Græcolatin. apud Hieron. Commelinum, 1596, in 8.

GEORGIVS RIPLEVS, *Anglus*

Medulla Philoſophiæ Chemicæ. Extat cum Opuſculis quibuſdam Chemicis, Francof. apud Ioan. Bringerum, 1614, in 8, editis.

Liber duodecim Portarum: & de Mercurio & Lapide Philoſophorum

rum liber. Extant in Quadriga Aurifera à Nicolao Barnaudo Delphinate edita. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1599, in 8. & Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8, pag. 114.

Opera omnia Chymica quotquot hactenus viſa ſunt, quorum aliqua jam primum in lucem prodierunt aliqua, Mss. exemplarium collatione à mendis repurgata. Caſſellis, 1649, in 8.

GEORGIVS RIVETTVS, *Bononienſis*

Tractatus de Peſte, exanthematibus, & anthracibus; atque de Methodo in febris peſtilentis & aliorum id genus morborum curatione obſervanda. Ex Italica in Latinam linguam tranſlatus per Thomam Aubel Med. Coloniæ, apud Henr. Falckenburg, 1597, in 8.

GEORGIVS à SAA

Concluſiones medicæ. Conimbricæ, 1582, in 12.

GEORGIVS SAVVAGEON

Barthol. Perdulcis univerſam medicinam, præter notas, in margine additas, plurimis therapeuticis locis, ex Auctoris autographo auxit. Acceſſit de Morbis animi liber.

GEORGIVS SCHARPIVS, *Scotus*

Inſtitutiones medicæ, à Claudio filio in lucem editæ. Bononiæ, apud Iac. Montium, 1638, in 4.

GEORGIVS SEGER, *Thorunienſis*

De Lymphæ Bartholinianæ Quidditate & materia, diſſertatio Anatomica, cum annexis Epiſtolis Doctorum Virorum. Hafniæ, apud Georg. Lamprechtum, 1655, in 4.

Synopſis Rariorum in Muſæo Olai Wormii. Hafniæ, 1653, in 4. apud Petrum Hakium, 1658, in 4.

Diſſertatio Anatomica, de Vſu communium Corporis Humani Integumentorum. Ibidem, apud Melch. Martzam, 1654, in 4.

Triumphus Cordi, poſt captam ex totali Hepatis clade Victoriam, erectus. Hafniæ, apud Georg. Lamprechtum, 1654, in 4.

Diſſertatio Anatomica, de Hippocratis Orthodoxia in doctrina de nutritione Fœtus Humani in Vtero. Cui acceſſere ejuſdem diſſertatiunculæ binæ. Quarum altera de Democriti Heterodoxia in doctrina de Nutritione fœtus in utero. Altera, de Cotyledonibus Vteri. Baſileæ, apud Georg. Deckerum, 1660, in 4.

GEORGIVS SPORLINVS

Martini Rulandi Curationes Empiricas, in compendioſum ordinem, ſecundum partium Corporis ſeriem, redactas, ope Ioan. Scrotæ edidit.

GEORGIVS STVRTIADES, *Medicus ſui ſeculi doctiſſimus & exercitatiſſimus, in Erphordienſi Academia, Eobano Heſſo, Poëtarum Germanorum tum temporis princ pi, & Ioachimo Camerario familiariſſimus. Vixit circa A. C. 1520. Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Febrium diviſione tabula. Erphurdiæ, 1624, in 8.

GEORGIVS TINSKERVS

Conſilia quædam Medica extant eo in opere quod Ioannes Wittichius collegit & edidit Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

Georgivs Torræus, *Inſulenſis*

De Podagra Theorico-Practicæ poſitiones, Medicis, Medicinæque Candidatis, pro Laurea Apollinea conſequenda, amicæ ventilationi expoſitæ. Monſpelii, apud Ioa. Pech, 1626, in 4.

Epileptica conſideratio, id eſt, morbi Comitialis qua Theoretica, qua practica Medicina. Francof. apud Emmelium, 1625, in 4.

Georgivs Tvrri

Epiſtola ad Petrum Andr. Matthiolum, de rei ruſticæ laudibus. Extat lib. III Epiſt. pag. 395.

Georgivs Valla, *Placentinus, Philoſophus, Rhetor & Medicus utraque lingua doctiſſimus. Claruit ſub Friderico* III; *juxta Trittemium vero, ſub Maximiliano Venetiis A. C.* 1494. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Vniverſæ Medicinæ, ex Græcis potiſſimum contractæ, lib. VII. Extant Operis ſui Expetendorum & fugiendorum, libris XXIV, XXV, XXVI, XXVII, XXVIII, XXIX, XXX. publicatum eſt Venetiis, apud Aldum, 1501, in fol.

De humani corporis partibus Opuſculum. Extat cum Alex. Benedicti Anatomice. Baſileæ, apud Eucharium, 1627, in 8. cum Io. Guintherii Andernaci Anatom. Inſtitut. Venet. apud Bernardinum, 1538, in 8.

De inventa Medicina, & in quot partes diſtributa ſit. Ἰωαννιτίου Ioannitii Medici illuſtris. Argentorati, apud Henr. Sybold, 1529. in 8.

De Differentiis Pulſuum. Problemata Ariſtotelis de Re medica. Dialogus Parthenii de Sectione Humani corporis. Argentinæ, apud Henric. Sybold, 1529, in 8.

De Corporis commodis, & incommodis lib. III. Quorum primus, de Anima: ſecundus, de Corpore: tertius, de Vrinis ex Hippocrate, & Ægineta, deque Galeni quæſtionibus in Hippocratem agit. Argentorati, apud Henr. Sybold, 1529, & 1531, in 8.

De tuenda ſanitate per victum, & quæ ſecundum cujuſque naturam in victu ſequenda, aut fugienda ſunt. Additus Paulus Ægineta de ciborum facultatibus. Argentinæ, apud Henr. Sybold, 1529, in 8.

Rhazæ cognomento Experimentatoris, de Peſtilentia interpretatio Græca. Extat cum Pſelli de Victus ratione lib. II. à ſe Latine redditis Baſileæ, apud Andr. Cratandrum, 1529, in 8.

Interpretatio Latina Alex. Aphrodiſei, de Febrium cauſis & differentiis. Extat cum Symphor. Campeſii libellis, de Medicinæ claris ſcriptoribus. Lugduni, 1506, in 8. Ejuſdem Aphrodiſæi Problematum v. Sectionum Expoſitio. Extat, cum Expoſitionibus Petri de Apono, in Ariſt. Probl. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1519, in fol.

Nemeſii, De Natura Hominis, Latine interpretatus eſt.

De Vniverſi corporis purgatione. Argentinæ, apud Henr. Sybold, 1529, in 8.

Georgivs Vbervs

Epiſtola Medica extat eo in opere, quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. pag. 120.

Georgivs Vella, *Brixienſis*

Opuſculum de Morbo Gallico. Extat tomo I Operis de Morbo Gallico, pag. 179.

GEORGIVS WERNHERVS

De admirandis Hungariæ Aquis Hypomnemation. Viennæ Auſtriæ, apud Ægydium Aquilam, 1551, in4. Exſtat quoque cum Sigiſmundi Liberi Rerum Moſcoviticarum commentariis, Antwerpiæ, apud Ioh. Steelſium, 1557, in 8. & cum Ant. Poſſevini Moſchovia, & aliorum operibus, Coloniæ, 1563, in fol.

GERARDVS BERGENSIS, *Antverpianus*

De præſervatione, & curatione morbi articularis, & calculi libellus. Antverpiæ, apud Plantinum, 1584, in 8.

De Peſtis præſervatione. Ibidem, 1565, 1586, in 8. & cum Ægydii Everarti de Herba Panacea libello. Ibid. apud Ioa. Bellerum, 1587, in 16.

De Conſultationibus Medicorum, & methodica Febrium curatione Commentariolum. Item de Dolore Penis. Antverpiæ, apud Plantinum, 1586, in 8.

GERARDVS BVCOLDIANVS

De Puella, quæ ſine cibo & potu vitam tranſigit, brevis Narratio. Pariſiis, apud Robertum Stephanum, 1547, in 8.

GERARDVS COLVMBA, *Meſſanenſis*

De Febris peſtilentis cognitione & curatione, Diſputationum medicarum libri duo. In quorum priore agitur etiam de ſtellarum influxibus, adverſus Ioa. Picum Mirandulanum: in poſteriore de abuſu Phœnigmatum in febre peſtilenti. Meſſanæ, apud Petrum Bream, 1596, in 4. Ibidem, apud Mejettum, Venet. 1600. eadem forma. Francof. apud Spieſſium, 1601, in 8. apud Nicol. Hofmannum, 1608, in 8. cum Nic. Macchelli tractatu de Lue venerea.

GERARDVS CREMONENSIS, *Medicus in Toleto. Vixit circa A. C. 1555. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Avicennæ lib. Canonis, & Cantica, ex Arabico, in Latinum tranſtulit. Emendatior prodiit cura Andr. Alpagi. Venet. apud Iuntas, 1544, & 1553.

Iani Damaſceni Metaphraſis: lib. VII. Methodi Therapeuticæ. Extat ibidem.

Abhengnefit, de Virtutibus Medicinarum & Ciborum, ex Arabica in Latinam linguam vertit.

In Abubetri, filii Zachariæ Librum ad Almanſ. additiones interlineares.

GERARDVS DORNÆVS

Congeries Paracelſicæ Chemiæ de Tranſmutationibus metallorum, ex omnibus quæ de his ab ipſo ſcripta reperire licuit hactenus. Acceſſit Genealogia Mineralium, atque metallorum omnium, Francof. apud Andr. Wechelum, 1581, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1613, in 8, pag. 533, & p. 619.

Chymiſticum Artificium Naturæ, Theoricum & Practicum. Francof. apud Andr. Wechelum, 1568, in 8.

Artificii Chymiſtici, Phyſici, Metaphyſicique, ſecunda pars, & tertia. Acceſſit etiam tertiæ parti, de Præparationibus Metallicis in utroque Lapidis Philoſophorum opere majore minoreque, Tractatus excellentiſſimus. Francof. apud eundem, 1569, in 8.

Bernardus Treviſanus de Chymico miraculo quod lapidem Philoſopho-

ſophorum vocant. Dionyſius Zecharus Gallus de eodem. Autoritatibus variis, hujus artis Principum Democriti, Geberi, Lullii, Villanovani, confirmati & illuſtrati. Baſileæ, apud hæredes P. Pernæ, 1583, in 8.

Compendium Aſtronomiæ magnæ Theophraſti Paracelſi, de Naturalium & Supernaturalium Arcanorum, Myſteriorum, Dei quoque Magnalium ad artes & ſcientias adeptas conſequendum optima conſideratione. Francof. 1584, in 8.

Theophraſti Paracelſi de ſummis Naturæ Myſteriis commentarii tres Latinitate donati. Baſileæ, 1584, in 8.

Lapis Metaphyſicus, aut Philoſophicus, qui univerſalis medicina vera fuit patrum antiquorum, ad omnes indifferentes morbos, etiam eos, quos incurabiles vocarunt illi qui curare non potuerunt. Et ad metallorum tollendam lepram, fabricandos lapides pretioſos, &c. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1570, in 8.

In libros Paracelſi de Vita longa commentarium ſcripſit, editum Francof. 1583, in 8.

Dictionarium Theophraſti, continens obſcuriorum vocabulorum, quibus in ſuis ſcriptis paſſim utitur, Definitiones. Francof. apud Chriſtoph. Rab, 1583, in 8.

Aurora Theſaurusque Philoſophorum Theophraſti Paracelſi. Francof. 1584, in 8. Acceſſit Monarchia Phyſica Dornæi, in defenſionem Paracelſicorum Principiorum, à ſuo Præceptore poſitorum. Præterea Anatomia viva Paracelſi, qua docet autor præter ſectionem corporum, & ante mortem, patientibus eſſe ſuccurrendum. Baſil. apud Guarinum, 1577, in 8.

De Luce Naturæ Phyſica, ex Geneſi deſumta, juxta ſententiam Theophraſti Paracelſi tractatus. Cui annexa eſt modeſta quædam admonitio ad Thomam Eraſtum, Germanum etiam Philoſophum atque Medicum, de retractandis calumniis, & convitiis in Paracelſum & ſuos perperam ac immerito datis in lucem per quatuor tomos, De nova Medicina. Francof. apud Chriſtoph. Corvinum, 1583, in 8. & Volumine 1. Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8, pag. 352.

Commentaria in Archidoxorum libros x, D. Doct. Theophraſti Paracelſi, &c. Quibus acceſſit Compendium Aſtronomiæ magnæ ejuſdem Autoris, in amplam Operum ejus declarationem, etiam Latine prius nunquam editum. Francof. apud Corvinum, 1584, in 8.

De reſtituta utriuſque Medicinæ vera Praxi, Liber primus. Lugduni, apud Iac. du Puys, 1578, in 8.

De Summis Naturæ myſteriis Commentarii tres. Baſileæ, apud Conrad. Waldkirch, 1584, in 8.

Sunt autem:

De Spiritibus Planetarum.
De Occulta Philoſophia.
De Medicina cœleſti, ſive de Signis Zodiaci, & Myſteriis eorum.

Clavis totius Philoſophiæ Chymiſticæ, per quam obſcura Philoſophorum dicta reſerantur. Compendium tres libros continens, partim phyſicos, medicos, & pro majori parte chymicos. Lugduni, apud hæredes Iac. Iuntæ, 1567, in 12. Herbornæ, 1594, in 12. & Volumine 1. Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8, pag. 205.

Faſciculus Paracelſicæ medicinæ veteris & non novæ, per floſculos chy-

chymicos & medicos, tanquam in compendioſum promptuarium collectus. Francof. apud Sigiſmundum Feyrabend, 1581, in 4.

Veneni, quod Leo (neſcio quis) Suavius in Theophraſticos evomere conatur, proprium in pectus ejus Apologetica retorſio. Extat cum Leonis Suavii Compendio medicinæ utriuſque Theophraſti Paracelſi, Baſil. apud Petrum Pernam, 1568, in 8.

GERARDVS BAVMANNVS

Conſilia aliquot Medica extant eo in opere quod Ioan. Phil. Brendelius collegit & edidit, Francof. apud Paltheniam, 1615, in 4.

GERARDVS BLASIVS, *Leonhardi F.*

Ioa. Pulverini Medicinam Practicam recenſitam ſeptimo edidit.

Commentarius in Syntagma Anatomicum Ioannis Veſlingii. Amſtelod. 1659, in 4.

In Petri Morelli de præſcribendis Remediorum formulis libellum Commentarius. Ibid. 1659, in 12.

Impetus Iac. Primiroſii, in Vopiſc. Fortunatum Plempium, retuſus. Amſtelodami, apud Ioa. Ravenſteyn, 1659, in 4.

Ioa. Bequini Tyrocinium Chymicum edidit.

GERARDVS NENNIVS, *Sledanus*

Compendium medicinæ, Res omnes medicæ curationi ſubjectas, ac tribus Claſſibus in Naturales, Nonnaturales, & Præter naturam vulgo diſtributas totidem tabulis quam breviſſime pertractans. Acceſſerunt ex Weckeri Syntaxi huc traductæ Tabulæ duæ, Σημειωτικὴν,& Θεραπευτικὴν intactas Nennio partes non minus docte, quam ſuccincte complexæ. Franekeræ, apud Ægydium Radæum, 1588, in 4.

GERARDVS de SOLO, *Expoſitor cognomento, Patria Gallus. Medicus exercitatiſſimus in curando: Gymnaſii Montis-Peſſulani Profeſſor egregius. Floruit A. C.* 1470. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Introductorum juvenum, ſc. de regimine corporis humani in morbis, ſc. conſimili, officiali, & communi. Libellus de Febribus ejuſdem. Commentum ejuſdem ſuper nono Almanſoris cum textu. Commentum ejuſdem ſuper Viatico cum textu. Venet. apud Oct. Scotum, 1505, 1520, in fol.

GERARDVS TOLETANVS, *Cremonenſis, Philoſophus & Medicus apprime doctus. Vixit circa A. C.* 1545. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Opera Abubetri Rhazis Latinitate donata. Baſileæ, apud Henric. Petri, 1544, in fol.

GERARDVS ZVIHLIVS, *Bleydenſtadenſis*

De quibuſdam Puerorum affectibus Diſputatio. Extat Decade 1 Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1618, in 4.

GERMANVS COVRTIN, *Pariſienſis*

Adverſus Paracelſi, de Tribus principiis, auro potabili, totaque pyrotechnia, portentoſas opiniones, diſputatio. Pariſiis, apud Petrum l'Huillier, 1579, in 4.

GILBERTVS ANGLICVS

Compendium Medicinæ tam morborum univerſalium, quam particularium. Lugduni, apud Iacobum Saccon, 1510, in 4. Genevæ, apud Eſaiam le Preux, 1608, in 4, & 12. titulo, Laurea Anglicana, ſive Compendium totius Medicinæ.

Gilbertus Iacchæus, *Scotus*

Inſtitutiones Medicæ. Lugd. Bat. apud Ioa. Maire, 1624, & 1631, in 12.

Gilbertus Limborth

De Acidulis, quæ ſunt in Sylva Arduenna juxta vicum Spa. Antverpiæ, apud Ioa. Bellerum, 1559, in 4.

Gilbertus Limburgius

Conciliatio Avicennæ cum Hippocrate, & Galeno. Lugduni, apud Gryphium, 1541, in 4.

Gilbertus Philaretus, *Limburgenſis*

Commentarius de Fontibus Ardennæ, & potiſſimum Spadanis. Antverpiæ, apud Bellerum, 1559, in 8.

Conciliatio Avicennæ cum Hippocrate & Galeno. Lugduni, 1541.

Gerocomice, hoc eſt, ſenes rite educandi modus & ratio. Coloniæ, apud Mart. Gymnicum, 1545, in 8.

Controverſiæ Medicæ.

Girardus Bolderius, *Veronenſis*

Opinio de minera Balneorum Calderianorum. Extat in Opere Veneto de Balneis, pag. 289.

Girardus Nocitosiculus

Expoſitio ſuper libro ſimplicium Medicinarum. Neapoli, apud Ioa. Antonium de Canuto, 1511, in 4.

Gisbertus Horstius, *Amſterodamus*

De Turpeto, & Thapſia libellus. Romæ, apud Ant. Baldum, 1544, in 4.

Gisbertus Longolius

Dialogus de Avibus, & earundem nominibus Græcis, Latinis, & Germanicis. Coloniæ, apud Ioa. Gymnicum, 1544, in 8.

Gisbertus Voetius

Diſſertatio Epiſtolica de Vitæ termino, addita eſt ejuſdem diſputatio de peſte. Vltrajecti, 1641. in 8.

Giustinianus Arcella, *Neapolitanus*

De Ardore Vrinæ, & ſtillicidio, ac de Mictu ſanguinis non puri, Opus. Patavii, apud Laurent. Paſquatum, 1568, in 8.

Godefridus Moebius

Fundamenta Medicinæ Phyſiologica, in quibus Natura Medicinæ, Temperamenti, Spirituum, necnon Conſtitutio Partium principalium naturalis & præternaturalis, una cum earum uſu, ex Veterum & Recentiorum Sententiis ventilantur. Ienæ, apud Caſp. Freyſchmidium, 1657, in 4.

De uſu Cordis. Ibid. 1654. in 4.

De uſu epatis & bilis. Ibid.

Godefridus Steechius, *Amorfortius*

Ars Medica. Tota conſcripta Methodo diviſiva à Galeno diverſis locis propoſita, commendata, & exemplis illuſtrata: à recentioribus quibuſdam Clariſſimis inchoata, ſed à nemine hactenus abſoluta. Francof. apud Claud. Marnium, 1606, in fol.

Deſcriptio Fontis Medicati Kiſſingenſis. Wirtzburgi, apud Georg. Fleiſchmannum, 1595, in 8.

Godefridus Vereycken, *Mechlinienſis*

De cognitione & conſervatione ſui. Mechliniæ, apud Henr. Iaye, 1625, 1633, in 8.

Go-

GODEFRIDVS SMOLLIVS

Manuale rerum admirabilium & abſtruſarum: continens venerandæ antiquitatis Aſſyriorum, Chaldæorum, Perſarum, Ægyptiorum, Arabum, & Græcorum Philoſophorum, & Medicorum, Regum, & Principum, Gentilium, & Plebejorum Philoſophica & Medica principia: ſub idea ſimpliciter elementari, intellectuali, veræ jucunditatis philoſophicæ cauſa, ex liberalitate diverſorum auctorum, horis ſurreptitiis concepta, &c. Hamburgi, apud Frobenium, 1610, in 12.

Trias maritima: proponens per introductionum trium ægrotantium, ſororum morboſarum domeſticarum, hypochondriacæ ſpleneticæ, hypochondriacæ meſeraicæ, hypochondriacæ phantaſticæ ortum, & interitum. Ibidem, iiſdem anno, forma.

GODEFRIDVS VENDELINVS

Pluvia purpurea Bruxellenſis. Pariſiis, 1647, in 8.

GODEFRIDVS WELSCH, *Lipſienſis*

Rationale Vulnerum lethalium judicium, in quo de Vulnerum lethalium natura, & cauſſis, legitima eorumdem inſpectione, ac aliis circa hanc materiam ſcitu dignis juxta, quam neceſſariis, agitur. Lipſiæ, apud Ritzſchium, 1660, in 8.

GOMETIVS PEREIRA, *Methymnæ-Duellenſis*

Novæ veræque Medicinæ experimentis & evidentibus rationibus comprobatæ pars prima. Methymnæ Campi, 1554, in fol. Duelli, apud Franc. à Canto, 1558, in fol.

Antoniana Margarita de Immortalitate animæ. Ibid. 1554, in fol.

GRATIANVS

Epiſtolæ binæ de Lapide Philoſophorum, extant Decade 11 Harmoniæ Chymico-Philoſophicæ, à Ioanne Rhenano collectæ. Francof. apud Conr. Eifridum. 1625, in 8.

GRATIVS

De Venatione liber unus. Lugduni, apud Gryphium, 1537, in 8.

GREGORIVS HORSTIVS, *Senior*

Opera Medica. Goudæ, apud Guilielmum vander Hoeve, 1661, in 4. Tomis tribus.

Continet autem primus,

Inſtitutiones medicas, & reliqua ſcripta theoricæ huc ſpectantia. Cum triplici indice, Diſputationum ſcilicet, Quæſtionum, ac Rerum verborumque.

Secundus,

Obſervationes & Epiſtol. medicinales in ordinem redactas & auctas.

Tertius,

Centuriam Problematum Therapeuticũ, & alios tractatus.

Herbarium Horſtianum, ſeu de ſelectis Plantis & radicibus libri duo, olim Medicinæ Candidatis in Academia Iulia Anno MDLXXXVII à Celeberr. Med. Dom. D. Iacobo Horſtio p. m. propoſiti, in compendium redacti, pluribuſque ſimplicibus enumeratis ac declaratis aucti, ſuiſque Auditoribus ante multos annos in Academia communicati. Acceſſit Dn. D. Iacobi Horſtii Opuſculum de Vite vinifera. Marpurgi, apud Caſp. Chemlinum, 1630, in 8.

Decas Pharmaceuticarum Exercitationum: in qua de ſimplicium & compoſitorum medicamentorum natura, nec non eorundem Præparatione tam Galenica, quam Spagyrica, dextroque Vſu, compendioſe tractatur. Additis totidem caſibus ſpecialibus, in gratiam ſtudioſæ juventutis conſcripta, & in Academia Gieſſena propoſita. Gieſſæ, apud Caſp. Chemlinum, 1611, in 8. Vlmæ Suevorum, apud Ionam Saurium, 1618, 1628, in 4.

Centuria Problematum Medicorum θεραπευτικῶν, continens graviſſimorum affectuum cognitionem & curationem juxta principia Hippocratica, Galenica & Hermetica deductam. Noribergæ, apud Wolffgangum Endner, 1635, in 4. apud Vlmanum, 1636, in 4. editio nova multis additionibus aucta. Cui etiam acceſſit Conſultationum & Epiſtolarum Medicinalium de Re medica varia liber tertius. Wittebergæ, apud Clementem Bergerum, 1610, in 8.

De tuenda ſanitate. Addita ſunt ſelecta remedia ad pleroſque morbos, quibus ille uſus eſt, opera I. D. Horſtii. Marpurgi, apud Hæredes Chemlini, 1648, in 12.

De tuenda ſanitate ſtudioſorum, & literatorum libri duo. Gieſſæ, apud Caſp. Chemlinum, 1615, in 4. Ibid. eodem anno, & 1617, in 12. Marpurgi, typis Cheratinis, 1628, in 8. Ibid. 1648, in 12.

De Natura humana libri duo; quorum prior de Corporis ſtructura; poſterior de anima tractat, ultimo elaborati, Commentariis aucti, figuriſque novis Anatomicis ære inciſis exornati. Cum præfatione de Anatomia vitali, & mortua, &c. Francof. apud Eraſmum Kempferum, 1612, in 4. Witebergæ, apud Bergerum, 1607, in 8.

Anatome corporis humani menſe Octobri, 1617, inſtituta, memoriæ cauſa in gratiam Dnn. ſpectatorum tabula comprehenſa & ad librum primum de natura hominis accommodata. Gieſſæ, 1617, in fol.

De Cauſis ſimilitudinis, & diſſimilitudinis in fœtu, reſpectu Parentum, &c. Cui annexa eſt Reſolutio quæſtionis de diverſo partus tempore: imprimiſque quid de Septimeſtri & Octimeſtri partu ſentiendum. Gieſſæ, apud Caſpar. Chemlinum, 1619, in 4.

Medicarum Inſtitutionum compendium, diſputationibus univerſæ medicinæ delineationem, locis Hipp. & Galenicis utplurimum illuſtratam continens. Acceſſerunt Iacobi Horſtii Diſputationes Theoreticæ, & Practicæ. Witebergæ, apud Clem. Bergerum, 1609, cum Methodo medendi Ferneliana, 1630, in 8.

Fundamenta Medicinæ. Cum diſputationibus D. Iacobi Horſtii, & Methodo medendi Fernelii enucleata. Witebergæ, apud Andr. Hartmannum, 1654, in 8.

De Natura Thermarum diſſertatio. Giſſæ, 1618, in 4.

Febrium continuarum & malignarum Prognoſis, juxta textum Hippocraticum, in principio Coac. Prænot. cum breviſſimis ad eundem notis. Giſſæ, apud Nicol. Hampchi, 1622, in 4.

Inſtitutionum Phyſicarum lib. II. Norimbergæ, apud Wolfgang. Endterum, 1637, in 4.

De Natura motus animalis & voluntarii Exercitatio ſingularis, ex principiis Phyſicis, Medicis, Geometricis, & Architectonicis deducta. Gieſſæ, apud Caſp. Chemlinum, 1617, in 4.

Diſſer-

Diſſertatio de Natura Amoris : additis Reſolutionibus de cura furoris amatorii, de Philtris, atque de Pulſu amantium. Gieſſæ, apud Caſp. Chemlinum, 1611, in 4.

Diſſertationes tres : de Natura amoris, thermarum, & cauſis ſimilitudinis ac diſſimilitudinis in fœtu, reſpectu parentum. Quibus annexæ ſunt reſolutiones illuſtrium quarumdam quæſtionum medicarum. Marpurgi, apud Caſparem Chemlinum, 1642, in 4.

Σκέψις de naturali conſervatione & cruentatione cadaverum : ubi ex caſu quodam admirando & ſingulari, duo problemata deducuntur, addita exercitatione de ſomno & ſomniis. Witebergæ, 1606, in 8. apud Clem. Bergerum, 1608, in 8.

Conciliator enucleatus : ſeu Differentiarum Philoſophicarum & Medicarum Petri Apponenſis Compendium. Gieſſæ, apud Caſp. Chemlinum, 1615, in 4. Ibid. 1621, in 8.

Ἐξετάσεων παθολογικῶν de Morbis, eorumque Cauſis liber, cum declaratione controverſiarum, in gratiam ſtudioſæ juventutis in Academia Gieſſena, per ſemeſtre vernale MDCXII propoſitus. Gieſſæ, apud Caſp. Chemlinum, 1612, in 4. Marpurgi, apud eundem, 1629, in 8. huic editioni acceſſerunt ejuſdem de Febribus cognoſcendis & curandis exercitationes.

Methodus medendi Ferneliana, enucleata, & controverſiarum deciſionibus illuſtrata. Witebergæ, apud Bergerum, 1630, in 8.

Prognoſis Febrium potiſſimum continuarum & malignarum. Gieſſæ apud Hampelium, 1622, in 4.

Diſputationes Medicæ viginti, continentes univerſæ Medicinæ delineationem. Acceſſere Iacobi Horſtii diſputationes Catholicæ de rebus ſecundum & præter naturam. Wittebergæ, 1609, in 8.

Tractatus de Scorbuto, ſeu de Magnis Hipp. Lienibus, Pliniique Stomacace ac Scelotyrbe, in Acad. Gieſſena duabus exercitationibus publicis in gratiam diſcentium propoſitus. Gieſſæ, apud Nicol. Hampelium, 1609, in 4. Ibid. 1615, in 8.

Obſervationum medicinalium ſingularium libri quatuor priores. I, de Febribus. II, de Morbis capitis. III, de Morbis pectoris. IV, de Morbis viſcerum concoctionis. His acceſſit Epiſtolarum & Conſultationum Medicarum à Clariſſ. Germaniæ Medicis potiſſimum, & aliis communicatarum liber primus. Editio nova. Cui Auctuarium Pharmaceuticarum exercitationum, Galenicum & Spagyricum, recens additum. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4. Noribergæ, 1652, in 4.

Obſervationum medicinalium ſingularium libri quatuor poſteriores. I, de Morbis mulierum. II, de Morbis contagioſis & malignis. III, de Doloribus partium externarum. IV, de Chirurgicis quibuſdam caſibus. His acceſſit Epiſtolarum & Conſultationum medicinalium, à Clariſſ. Germaniæ Medicis potiſſimum & aliis cum Autore communicatarum liber ſecundus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4. Noribergæ, 1638, in 4.

Complementum ad librum ſecundum Epiſtolarum & Conſultationum medicinalium, continens IX ſuperſtites ſectiones, in prima editione omiſſas. Vlmæ, apud Henr. Eberkum, 1631, in 4. Heilbornæ, 1631, in 4.

De Natura Thermarum, &c. Cui annexa eſt Reſolutio quæſtionis de modo quo mineralium virtutes aquis ſubterraneis communicantur. Gieſſæ, apud Capſ. Chemlinum, 1618, in 4.

Epiſtolæ quædam Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioan. Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

Epiſtola de abuſu Turundarum poſt extractionem Calculi, extat cum Lithotomia Veſicæ Guil. Fabr. Hildani. Baſileæ, apud Ludov. Kônig, 1628, in 4.

Obſervatio de Iuvene xv annorum, qui dormiens è lecto ſurgit, ambulat, ac tandem per feneſtram ex cubiculo tertiæ contignationis domus altioris ad altitudinem XIV ulnarum decidit: ſed juvante divina gratia priſtinæ ſanitati reſtituitur, & à gravibus ſymptomatis liberatur. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſerv. Chirurgic. Cent. II. Genevæ, apud Petrum Chouët, 1611, in 8, pag. 336.

De Vulnere pectoris cum pulmonis læſione, Obſervatio. Extat cum ejuſdem Obſerv. Cent. III. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1614, in 8, pag. 161.

De Vrina per vomitum, itemque per alvum rejecta, Obſervationes. Extant Cent. V earundem Obſerv. Francof. apud Matth. Merianum, 1627, in 4, pag. 147.

De pilis in internis partibus generatione, & affectu pilari puerorum, Epiſtola. Extat ibidem, pag. 163.

De Acidulis Schwalbacenſibus Epiſtola. Extat cum Reſponſis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4, pag. 25.

Verſio, ex Gallico, Latina tractatus de Peſte Angeli Salæ. Marpurgi, apud Gaſp. Chemlinum, 1641, in 4.

GREGORIVS MARTINVS, *Suibus-Sileſius*

Commentatiuncula in libri, qui inſcribitur, De Chymicorum cum Ariſtotelicis & Galenicis conſenſu ac diſſenſu, Cap. XI: Quod eſt de Principiis Chymicorum. Tractationem quæſtionis, an Sulphur & Mercurius ſint prima perfecta mixta, & reliquorum perfecte mixtorum principia, novam perque utilem continens. Francof. ad Oderam, apud Frider. Hartmannum, 1621, in 8.

GREGORIVS MORELLVS

De Aquis medicatis Agri Patavini, & de cauſis qualitatum quæ eis inſunt, compendiolum. Patavii, apud Laur. Paſquatum, 1567, in 8.

GREGORIVS NYMMANVS, *VVittebergenſis*

De Apoplexia tractatus, in quo hujus graviſſimi morbi tum curatio, tum ab illo præſervatio perſpicue proponitur, clareque demonſtratur, illius mali cauſam non tam eſſe, ut vulgo docetur, nervorum obſtructionem, & ſpirituum animalium interceptionem, quam ductuum quorundam, cerebri ſpiritum vitalem vehentium præcluſionem, ejuſque inde dependentem ſubſidentiam. Witebergæ, apud Iobum Wilh. Fincelium, 1629, in 4.

Diſſertatio de Vita fœtus in utero, qua luculenter demonſtratur, infantem in utero non anima matris, ſed ſua ipſius vita vivere, propriaſque ſuas vitales actiones etiam in alvo materna exercere, & matre extincta,

tincta, ſæpe vivum & incolumem ex ejus ventre eximi poſſe, adeoque à magiſtratu in bene conſtitutis rebuſp. non concedendum, ut vel ulla gravida rebus humanis exempta ſepeliatur, priuſquam ex ejus utero fœtus exciſus, vel ad minimum ſectione, an infans adhuc vivus, an vero mortuus ſit, exploratum fuerit. Witebergæ, apud Paulum Helwigium, 1628, in 4. Lugd. Batav. apud Dav. Lopez de Haro, 1644, in 12.

GREGORIVS NYSSENVS

De Hominis opificio, interprete Ioanne Leuenclajo. Baſileæ, apud Ioannem Operinum, 1567, in 8.

GREGORIVS QVECCIVS, *Altorphinus*

Anatomia Philologica, continens diſcurſus Philoſophicos de Nobilitate & præſtantia Hominis, contra iniquos conditionis humanæ æſtimatores. Lipſiæ, apud Samuel. Scheiben, 1654, in 4.

De Variolis & Morbillis Diſputatio. Extat Decade v Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1621, in 4.

GREGORIVS de REGIO

De Capſicorum Indicorum varietate libellus. Extat cum Curis poſterioribus Caroli Cluſii, ab eodem ex Italico in Latinum converſus.

GRVMERVS IVDEX, *de Placentia*

Galeni de Plantis, ſeu Medicinis experimentatis & probatis de Arabico in Latinum tranſtulit.

GVALTERVS BRVELE

Praxis Medicinæ Theorica & Empirica familiariſſima: in qua pulcherrima dilucidiſſimaque ratione morborum internorum cognitio, eorumque curatio traditur. Antverpiæ, apud Plantinum, 1580, & 1585, in fol. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1589, 1599, in 8. Venetiis, apud Ciottum, 1602, in 8. apud Ioa. Maire, 1628, in 8.

GVALTHERVS CHARLETON

Spiritus Gorgonicus, vi ſua ſaxipara exutus. Sive, de Cauſis, Signis, & Sanatione Lithiaſeos Diatriba. Lugduni Batav. apud Elzivirios, 1650, in 8.

Oeconomia animalis, novis in Medicina Hypotheſibus ſuperſtructa, & mechanice explicata. Londini, apud R. Danielis, & I. Redmannum. Amſtelædami, apud Ioa. Ravenſteyn, 1659, in 12.

GVALTERVS HERMANNVS RIIF, *Argentoratenſis, Medicus & Dioſcoridis Explanator. Claruit Moguntiæ circa A. C.* 1539. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Pedacii Dioſcoridis Anazarbæi, de medicinali materia libri ſex, Ioanne Ruellio Sueſſionenſi interprete. Singulis cum ſtirpium tum animantium hiſtoriis, ad naturæ æmulationem expreſſis imaginibus, ſeu vivis picturis, ultra millenarium numeri adjectis: non ſine multiplici peregrinatione, ſumptu maximo, ſtudio atque diligentia ſingulari, ex diverſis regionibus conquiſitis. Additis etiam Annotationibus ſive Scholiis breviſſimis quidem, quæ tamen de Medicinali materia omnem controverſiam facile tollant, per Gualt. Rivium. Acceſſerunt Valerii Cordi Simeſuſii Annotationes doctiſſimæ in Dioſcoridis de Medica materia libros. Iudicium de herbis & Simplicibus Medicinæ: ac eorum quæ apud Medicos

dicos controvertuntur, explicatio. Herbarum nomenclaturæ, variarum gentium Dioſcoridi adſcriptæ, ſecundum literarum ordinem expoſitæ. Cum Indice quintuplici, omnium fere ſimplicium nomenclaturas Græcas, Latinas, Gallicas, Germanicas, & Curationes & Remedia morborum complectente. Francof. apud Chriſt. Egenolphum, 1549, in fol.

Ioa. Baueri Conſilia de Re Medica recognita edidit.

Item Raymundi Lullii de Secretis Naturæ, ſeu Quinta Eſſentia.

De memoria artificiali quam memorativam artem vocant, opuſculum rarum ac inſigne, totius ejus negotii rationem, mira induſtria & brevitate complectens. Item de naturali memoria, quomodo medicinæ beneficio excitanda, augenda & confirmanda, Capitis & cerebri bona contemperatione roborationeque libellus. Argentinæ, apud Georgium Machæropœum, 1541, in 8.

Medicinæ Theoricæ & practicæ breve quidem, ſed doctiſſimum pariter ac opulentum Enchiridion totam rem mire eruditis, dilucidis ac ſuccinctis Aphoriſmis complectens, in rei Medicæ ſtudioſorum gratiam, ex doctiſſimorum virorum libris excerptum, & non ſine inſigni delectu congeſtum, non modo Medicis, verum & Chirurgis accommodum atque adeo neceſſarium. Quibus adjecimus A. Cornelii Celſi ſententias elegantiſſimas ex libris ipſius diligenter ſelectas. Argentorati, apud Georgium Meſſerſchmid, 1542, in 12.

Iatromathematicæ, hoc eſt, medicationis accommodatæ ad Aſtrologicam rationem Enchiridion, de Criſi, deque inveſtigatione & inventione dierum Criticorum, Indicativorum, Intercadentium, ſive provocativorum, & Vacuorum, rationali modo, & plane Aſtrologico. Cum canonibus aliquot, & multis aliis, futuro Medico admodum neceſſariis. Argentorati, apud Georg. Machæropœum, 1542, in 12.

GVERNERVS ROLFINCIVS

Diſſertationes Anatomicæ ad Circulationem accommodatæ. Noribergæ, apud Mich. Endterum, 1656, in 4.

Epitome Methodi cognoſcendi & curandi particulares corporis affectus, ſecundum ordinem Abubetri Rhazæ, ad Regem Manſorum libro novo, Hippocratis, Paracelſicis & Harveanis Principiis illuſtratæ & recognitæ. Ienæ, apud Ioh. Niſium. 1655, in 4.

Diſſertatio de Hepate, ex veterum & Recentiorum propriiſque Obſervationibus concinnata, & ad circulationem accommodata. Ienæ, apud Georg. Sengenwaldium, 1653, in 4.

Diſſertatio de Corde, ex veterum & Recentiorum, propriiſque Obſervationibus concinnata, & ad circulationem accommodata. Ienæ, apud Ioh. Niſium, 1654, in 4.

Methodus cognoſcendi & curandi Affectus Capitis particulares, qui Cerebro τῷ πρώτῳ αἰσθητηρίῳ inſidiantur, Hippocraticis, Paracelſicis, ac Harvejanis principiis illuſtrata, & diſſertationibus duodecim explanata. Ienæ, apud Ioa. Niſium 1653, in 4.

Methodus cognoſcendi, & curandi Febres, generalis, Hippocraticis, Paracelſicis, Harvejanis, & Helmontianis principiis illuſtrata. Ienæ, apud Samuel. Krebs, 1658, in 4.

GVI-

Gvido, *Bergomas*

De Balneis oppidi Bergomatis Tranſcheri. Bergomi, 1583, in 4, cum aliis ejuſdem argumenti.

Gvido de Cavalcantibvs

De natura & motu amoris Venerei Cantio, cum enarratione Dini de Garbo. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1498, in fol.

Gvido de Cavliaco, *Gallus, Chirurgus clariſſimus in Monte Peſſulano, cui Magiſter fuit Bertrucius. Claruit ſub Carolo* IV. *Imperatore. A. C.* 1353. *VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic. Moreau de V. S. in Pleurit. Medicus Vrbani* V. *Pontificis. Claruit* 1363.

Chirurgiæ tractatus ſeptem. Cum Antidotario. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1490, in fol. apud Bernardinum Venetum de Vitalibus, 1519: apud Iuntas, 1546, in fol. Cum Chirurgia Bruni, Theodorici, Rolandi, Lanfranci, Rogerii, Bertapaliæ. Venetiis, apud Simonem de Luere, 1499, in fol. Lugduni, 1572, in 8: apud Ioan. Cambray, 1518, in 4: apud hæred. Iacobi Iuntæ, 1569, in 8. Addita his Recepta aquæ Balnei de Porecta per Turam de Caſtello Bononienſem.

Chirurgia parva. Venetiis, apud Octavianum Scotum, 1500, in fol. cum Albucaſis Chirurgia.

Gvido Desiderivs, *Delphinas*

Epitome Operis perquam utilis morbis curandis Valeſci de Taranta in ſeptem congeſta libros. Lugduni, apud Ioa. Tornæſium, 1560, in 8. Accedit Epitome Chirurgiæ ejuſdem.

Gvido de Montanor

De Arte chymica libellus. Extat in Harmoniæ Chymico-Philoſophicæ decade prima, collecta ab Hermanno Condeeſyano, editaque Francof. apud Conrad. Eifridum, 1625, in 8.

Gvido Pancirollvs

Rerum memorabilium ſive deperditarum pars, prior duobus commentariis illuſtrata & locis prope innumeris poſtremo aucta ab Henrico Salniath. Francofurti, 1646, in 4.

Nova reperta, id eſt res memorabiles recens inventæ & veteribus incognitæ. Ibid. in 4.

Gvido Patinvs, *Bellovacus, Doctor Medicus Pariſienſis, & Profeſſor Regius.*

De Valetudine tuenda, per vitam vivendi normam, uſumque legitimum rerum ad bene ſalubriterque vivendum neceſſariarum. Extat pag. 341. Medici officioſi à Phil. Guiberto editi Pariſiis, apud Vid. Th. Pepingne, 1649, in 8.

Notæ in Nicolai Ellain tractatum de Peſte. Ibidem, pag. 485.

Notæ in Galeni librum de ſanguinis miſſione. Ibidem, pag. 538.

Quæſtio de Sobrietate. Pariſiis, 1647, in 4, & Medici officioſi p. 446.

An totus homo natura ſit morbus, ibid. 1644, in 4.

Gvidvs Antonivs Albanesivs, *Patavinus*

Aphoriſmorum Hippocratis expoſitio Peripatetica. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1649, in 4.

Gvilhelmvs Ader

Enarrationes de Ægrotis, & Morbis in Euangelio. Opus in miraculorum

lorum Chriſti amplitudinem Eccleſiæ Chriſtianæ elimatum. Tholoſæ, apud Dominicum & Petrum Boſcios, 1620, & 1623, in 8.

De Peſtis Cognitione, Prævisione & Renediis. Toloſæ, 1628, in 8.

GVILHELMVS ADOLPHVS SCRIBONIVS, *Marpurgenſis*

Idea Medicinæ, ſecundum Logicas leges informandæ & deſcribendæ. Cui acceſſit, de inſpectione urinarum contra eos qui ex qualibet urina, de quolibet morbo judicare volunt. Item de Hydrope, de Podagra, & Dyſenteria, Phyſiologia corporis. Lemgoviæ, apud Conradum Grothenum, 1584, in 8. Baſileæ, apud Conr. Waldkirch, 1585, in 8.

De Sagarum natura & poteſtate, deque his recte cognoſcendis & puniendis Phyſiologia. Vbi de purgatione earum per aquam frigidam, contra Ioannem Ewichium in Republica Bremenſi, & Henricum Neuwaldum in Academia Helmæſtadienſi, Doctores Medicos & Profeſſores. Marpurgi, apud Paul. Egenolphum, 1588, in 8.

Petri Hiſpani Theſaurum Pauperum, cum adjuncto Theſauro Sanitatis Ioa. Litbauttii recognovit, & edidit. Francof. apud Egenolphum, 1578, in 8.

GVILHELMVS ANEPONYMVS

De Subſtantiis Phyſicis Dialogus. Argentorati, 1567, in 8.

GVILHELMVS d'ASSONVILLE

De Febre peſtilenti liber. Pariſiis, apud Renatum Aprilem, 1546, in 8.

GVILHELMVS ATHENIVS

Hieron. Mercurialis, Reſponſionum & Conſultationum Tomum IV edidit.

GVILHELMVS BALLONIVS, *Pariſienſis*

Conſiliorum medicinalium libri duo, à Iacobo Thevart, Authoris Pronepote, Scholiis nonnullis illuſtrati, digeſti, ac in lucem primum editi. Tomus primus. In quo pleraque continentur quæ & ad Morborum cognitionem, eorundemque curationem propoſitis Exemplis, & obſcurorum Hippocratis locorum intelligentiam pertinebant. Inter cætera elegantiſſimum & utiliſſimum eſt de Calculo Opuſculum. Pariſiis, apud Iacobum Queſnel, 1635, in 4.

Conſiliorum medicinalium Tomus Secundus. Pariſiis, apud eundem, 1636, in 4.

Conſiliorum medicinalium liber tertius & poſtremus. Pariſiis, apud eundem, 1649, in 4.

Epidemiorum & Ephemeridum libri duo, ſtudio & opera M. Iacobi Thevart, Medici Pariſienſis, digeſti, Scholiis aliquot illuſtrati & in lucem primum editi. Pariſiis, apud Iacobum Queſnel, 1640, in 4.

Adverſaria Medicinalia. Pariſiis, in 4.

Definitionum medicarum liber, in quo non ita in verbis ipſis laboratur, ut non potius rerum diſtinctiones proprietateſque exquirantur. Immo ſæpe data opera relicto ipſius diſputationis filo loci Hippocratis & Galeni obſcuri explicantur, ut commentarii ad inſtar eſſe poſſit. Studio & opera M. Iacobi Thevart, ordine alphabetico digeſtus & in lucem primum editus. Ibidem, 1639, in 4.

Com-

Commentarius in libellum Theophraſti de Vertigine. Editore M. Iacobo Thevart Doct. Medico Pariſienſi. Pariſiis, 1640, in 4.

De Convulſionibus libellus. In quo ſolennis quæſtio explicatur, Cur ſauciatis dextra capitis parte Convulſio ſanæ partis contingat. Eodem Thevartio editore. Vterque ibidem, 1640, in 4.

De Virginum & Mulierum morbis liber. In quo multa ad mentem Hippocratis explicantur, quæ & ad medendum & ad cognoſcendum pertinebunt. Ejuſdem Thevartii cura editus. Ibid. apud eumdem, 1643, in 4.

Opuſcula Medica, de Arthritide, de Calculo & Vrinarum hypoſtaſi. In quibus omnibus Galeni & Veterum auctoritas contra I. Fernelium defenditur. Eodem editore. Ibidem, 1643, in 4.

Liber de Rheumatiſmo & Pleuritide dorſali. Ejuſdem opera recognitus & in lucem editus. Ibidem, 1642, in 4.

GVILHELMVS van den BOSCH

Hiſtoria Medica: De Animalium Natura. Bruxellæ, 1639, in 4.

GVILHELMVS BRIXIENSIS, *Aggregator Medicus eruditus. Vixit A. C. 1472. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Ad unamquamque ægritudinem à capite ad pedes Practica. Ejuſdem de Febribus tractatus. De Peſte. De Conſilio obſervando tempore peſtilentiali: ac etiam de cura Peſtis tractatus. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1508, in fol.

GVILHELMVS BVDÆVS, *Pariſienſis Philoſophus, & medicinæ artis, in utraque lingua, undicunque doctiſſimus, & diſertiſſimus. In maximo pretio habitus apud Franciſcum Valeſium, Regem Franciæ. Obiit A. C. 1540. Iuſtus in Chronol. Medic.*

De curandis morbis articularibus liber. Pariſiis, in 8.

GVILHELMVS COPVS, *Baſilienſis, Eruditiſſimus Philoſophus & Medicus utraque lingua, Pariſiis & Baſileæ, ſub Ludovico* XII, *Gallorum Rege. Floruit circa A. C. 1506. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Galeni, De Locis affectis Lib. VI. Latine expoſuit. Lugduni, 1549, in 12.

Item: Hippocratis Coi Lib. III. Præſagiorum. Ibid. 1550, in 12.

Item: Pauli Æginetæ, de Ratione Victus.

Galeni de morborum & Symptomatum cauſis & differentiis libri VI, Guilielmo Copo interprete. Lugduni, 1550, in 12.

GVILHELMVS DAVIDSONIVS

Philoſophia Pyrotechnica ſeu Curriculi Chymiatrici partes IV. Pariſiis, 1635, in 8.

Prodromus commentationum in Petri Severini Ideam Medicinæ. Hagæ, 1660, in 4.

GVILHELMVS DVVALLIVS

Præfatio parænetica, in Phytologiam, ſeu Doctrinam de Plantis. Pariſiis, apud Ioa. Liberti, 1614, in 8.

Phytologia ſeu Philoſophia Plantarum. Pariſiis, 1647, in 8.

GVILHELMVS FABRICIVS HILDANVS

Opera obſervationum & curationum Medico-Chirurgicarum, quæ extant omnia. Francof. apud Ioan. Beyerum, 1646.

Elenchus

Elenchus librorum contentorum.

I. Obſervationum & curationum Chirurgicarum centuriæ ſex. p. I.
II. De Conſervanda valetudine: De Thermis Valleſianis, & Acidulis Grisbachienſibus Conſilium. pag. 635.
III. De Thermis Fabarienſibus, ſive Piperinis in Rhetia Epiſtola. pag. 655.
IV. De Dyſenteria liber unus. pag. 666.
V. De Lithotomia Veſicæ, liber unus. pag. 701.
VI. De Gangræna & Sphacelo. pag. 768.
VII. De Ichore & Meliceria Celſi. pag. 831.
VIII. Herniæ Vterinæ Hiſtoria Michaëlis Duringii, 893. cum Reſponſione ad ejus Epiſtolam, in qua varia de affectibus Vterinis, Extractione fœtus mortui, Mercurio & Antimonio. p. 898.
IX. De Combuſtionibus, quæ oleo, aqua fervida, ferro candenti, pulvere tormentario, fulmine, & quavis alia materia ignita fiunt, liber unus. pag. 917.
X. De Vulnere graviſſimo, à Sclopeti ictu, obſervatio, & curatio ſingularis, cum inſtrumentorum novorum adumbratione. p. 935.
XI. Tractatus de Sclopetaria curatione, Latine redditus, per Ioan. Henr. Cavalerum. p. 950.
XII. Epiſtolarum ad Amicos, Eorumque ad Autorem Centuria una. pag. 958.
XIII. Ciſta militaris: hoc eſt, Deſignatio præcipuorum Medicamentorum, inſtrumentorumque, quibus Medicum & Chirurgum caſtrenſem inſtructum eſſe convenit. pag. 1034.

Conſilium: in quo de conſervanda valetudine: item, de Thermis Valleſianis, & Acidulis Griesbachcenſibus, earum facultatibus, & uſu ſuccincte agitur. Acceſſit Epiſtola ad D. Paulum Croquerum, in qua de Magiſtralibus quorundam Medicamentorum Compoſitionibus: de Extractione item Fœtus mortui; & de Thermis Piperinis, agitur; adjecta Thermarum illarum tabula gemina: quarum priore tractus terræ & vicina loca; poſteriore deſcenſus formidabilis, ipſarum aquarum calidarum ſcaturigo, hoſpitia, labra, & ſolia, totumque adeo antrum ſubterraneum novo conatu repræſentatur. Francof. apud Matt. Merianum, 1629, in 4.

Obſervationum & Curationum Centuriæ, nunc primum ſimul in unum opus congeſtæ, ac in duo volumina diſtributæ, ab Autore recognitæ, multiſque locis auctæ. In qua Editione, inſtrumenta quam plurima, in præcedentibus Editionibus inepte depicta, nunc ſingulari artificio ad vivum adumbrantur. Acceſſere ob materiæ ἀδελφίλιας, Marci Aurelii Severini, de Efficaci Medicina, libri tres. Lugduni, apud Ioan. Anton. Huguetan, 1641, in 4. Francof. apud Ioh. Beyerum, 1646. in fol.

Vigintiquinque obſervationes ſelectiores Chirurgicæ, ut & de gangrena ac ſphacelo. Exſtant cum Practica Medica Dionyſii Fontanoni, Francof. apud Ioh. Saurium, 1611, in 8.

Obſervationum & Curationum Chirurgicarum Centuria. In qua incluſæ ſunt viginti & quinque, antea ſeorſim editæ: reliquæ nunc cum nonnullis inſtrumentorum, ab autore inventorum delineationibus, in gratiam & utilitatem artis Chirurgicæ in lucem prodeunt. Baſileæ, apud Ludov. Regem, 1606, in 8.

Obſer-

Obſervationum & Curationum Chirurgicarum Centuria ſecunda. *Epiſtolis* nonnullis virorum doctiſſimorum, nec non inſtrumentis chirurgicis, ab autore inventis illuſtrata. Genevæ, apud Petrum & Iacobum Chouët, 1611, in 8.

Obſervationum & Curationum Chirurgicarum Centuria tertia. Epiſtolis nonnullis virorum doctiſſimorum, nec non inſtrumentis chirurgicis, ab autore inventis illuſtrata. Acceſſit Epiſtola de nova, rara, & admiranda herniæ uterinæ, & partus Cæſarei hiſtoria; ad Autorem ſcripta à Michaële Doringio, Breſlavienſi. Item Authoris ad hunc Reſponſio Epiſtolica. In qua multa variaque rara, & admiranda, de affectibus uterinis, extractione fœtus mortui, Mercurio & Ammonio recenſentur. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1614, in 8.

Obſervationum & Curationum Chirurgicarum Centuria quarta. Epiſtolis nonnullis Virorum doctiſſimorum, ſimul & inſtrumentis ab Autore inventis illuſtrata. Acceſſit ejuſdem Autoris Epiſtolarum ad amicos, eorundemque ad ipſum Centuria prima. In qua paſſim Medica, Chirurgica, aliaque lectione digna, continentur. Ibidem, apud eundem, 1619, in 4.

Obſervationum & Curationum Chirurgicarum Centuria quinta. Epiſtolis Virorum doctorum, nec non Inſtrumentis ab Autore inventis illuſtrata. Francof. apud Matth. Merianum, 1627, in 4.

De Gangræna & Sphacelo, tractatus methodicus; in quo horum morborum differentiæ, cauſæ, ſigna, prognoſtica, ac denique Methodica curatio continentur. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1600, in 8. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1617, in 4. editio ultima omnium locupletiſſima: Obſervationibus etiam raris, nec non inſtrumentis neceſſariis ab Authore inventis, ita aucta, ut plane nova recenſeri poſſit.

Lithotomia veſicæ: hoc eſt, accurata deſcriptio calculi veſicæ, ejuſdemque cauſarum, & ſignorum pathognomonicorum, inprimis vero Methodi, qua tam in fœminis, quam in Viris ſit extrahendus; ubi quidem diverſæ Operationes deſcribuntur, & Inſtrumenta quædam ſingularia depinguntur, primum ab Autore Germanico idiomate in lucem edita; jam vero ab eodem auctore aucta, & à Diſcipulo & Commenſali ſuo, Henrico Schobingero, Sangallenſi M. Cand. in Latinum tranſlata. Cui acceſſerunt Epiſtolæ aliquot Clariſſimorum Virorum, de Vſu & Abuſu Turundarum, poſt extractionem Calculi adhibendarum. Baſileæ, apud Ludov. König, 1628, in 4.

De Vulnere quodam graviſſimo & periculoſo, ictu ſclopeti inflicto. Obſervatio & Curatio ſingularis: in qua multa, variaque lectione digna, & chirurgiæ ſtudioſis utiliſſima, recenſentur, & inſtrumenta, ab authore inventa, adumbrantur. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1614, in 8.

De Combuſtionibus, quæ oleo & aqua fervida, ferro candente, pulvere tormentario, fulmine, & quavis alia materia ignita fiunt, libellus: in quo differentiæ, ſigna, prognoſtica, & curatio, tum ipſarum combuſtionum, tum omnium fere accidentium perſpicue deſcribuntur. Cui acceſſit Buſtum, in quo accenſi ſunt odores ſuaviſſimi memoriæ Nobiliſſimi viri D. Caroli Vtenhovii C. F. Baſileæ, apud Ludov. Regem, 1607, in 8.

De Dyſenteria liber unus: in quo hujus morbi cauſæ, ſigna, prognoſtica, & præſervatio continentur: Item, quomodo ſymptomata, quæ huic morbo ſupervenire ſolent, ſint removenda. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1616, in 8.

De Trichiaſi, ſeu Mictione pilorum Epiſtola, & Obſervatio, extant cum Georg. Horſtii Obſervat. medicinalium ſingularum lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4. pag. 334.

Semen Aniſi, carbones, & pili cum urina rejecti, Obſervatio. Extat ibidem, pag. 397.

Anatomiæ præſtantia & utilitas. Bernæ, 1624, in 8.

De Monſtro Lauſannæ [...]eſtrium exciſo. Oppenheimii typis Galleri, 1615, in 8.

GVILHELMVS GISCAFERIVS, *Belocarenſis*

De Febrium natura & curatione, libri duo. Pariſiis, apud Robertum Colombel, 1581, in 8.

GVILHELMVS GRATAROLVS, *Bergomenſis, Artium & Medicinæ Doctor celebris Baſileæ. Vixit A. C.* 1494. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Memoria reparanda, augenda, ſervandaque liber, omnimoda remedia & præceptiones continens. Tiguri, apud Andr. Geſnerum, 1554, in 8. Baſileæ, apud Nic. Epiſcopium, 1554, in 8. Francof. apud Ioan. Wechelum, 1591, in 12.

De prædictione morum, naturarumque hominum facili, & inſpectione partium corporis, liber. Tiguri, apud eundem, 1555, in 8. Baſileæ, apud Nic. Epiſcopium, 1554, in 8.

Prognoſtica naturalia de temporum mutatione, perpetua ordine literarum. Baſileæ, apud Iacob. Parcum, 1552, in 8. Adjecta ſunt undecim ſigna terræ motus, &c. Baſileæ, apud Nicol. Epiſcopium, 1554, in 8.

De Literatorum, & eorum qui magiſtratibus funguntur, conſervanda præſervandaque valetudine, illorum præcipue, qui in ætate conſiſtentiæ, vel non longe ab ea abſunt compendium, cum ex probatioribus autoribus, tum ex ratione ac fideli experientia concinnatum. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1555, in 8. Francof. apud Ioan. Wechelum, 1591, in 12. apud Nicol. Hofmannum, 1617, in 16. cum Henr. Rantzovii, De conſervanda valetudine, libello.

Opuſcula, ab ipſo Authore denuo correcta. Lugd. apud Gabrielem Coterium, 1555, in 6.

Sunt autem:

De memoria reparanda, augenda, conſervandaque, ac de Reminiſcentia, tutiora remedia, præceptioneſque optimæ.

De prædictione morum naturarumque hominum, cum ex inſpectione partium corporis, tum aliis modis.

De temporum omnimoda mutatione, perpetua & certiſſima ſigna & prognoſtica. Item XI ſigna motus terræ ex Mizaldo.

De literatorum & eorum qui Magiſtratum gerunt conſervanda valetudine, &c.

Peſtis deſcriptio, cauſæ, ſigna omnigena, & certa præſervatio.

De Thermis Rhœticis, & Vallis Tranſcheri agri Bergomatis. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 192.

De

De Vini natura, artificio, & uſu, deque omni re potabili. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1565, in 8.

De Peſte Theſes. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1565, in 8.

De Regimine iter agentium, vel equitum, vel peditum, vel navi, vel curru ſeu rheda, &c. viatoribus, & peregrinatoribus quibuſque utiliſſimi libri duo. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1561. Argentorati, apud Wend. Rihelium, 1563, in 8. Coloniæ, apud Petrum Horſt, 1571, in 8.

Artis Alchimiæ ſecretiſſimæ & certiſſimæ defenſio. Extat cum Veræ Alchimiæ ſcriptoribus aliquot à ſe editis. Baſileæ, apud Henr. Petri, & Petr. Pernam, 1561, in fol.

Lapidis Philoſophici Nomenclaturæ. Extat eodem opere, pag. 265. tom. II.

GVILHELMVS HARVEVS, *Anglus*

Exercitatio Anatomica de Motu Cordis & Sanguinis in animalibus. Francof. apud Guilh. Fitzerum, 1628, in 4. Lugduni Batav. apud Ioan. Maire, 1639, in 4. Cum refutationibus Æmylii Pariſani, Romani, & Iacobi Primiroſii Londinenſis Medici. 1639, 1647, in 4. Amſtelædami, apud Ioh. Blaeu, 1645, in fol. ex recenſione Ioh. Antonidæ Vander Linden, Med. Doct. & Profeſſoris in Acad. Franekerana, cum Operibus Adriani Spigelii Bruxellenſis. Patavii, 1643, in 12. cum Ioannis Walæi Epiſtolis 2.

Exercitationes de Generatione Animalium. Quibus accedunt quædam de Partu, de Membranis ac Humoribus Vteri; & de Conceptione. Londini, apud Octav. Pulleyn, 1551, in 4. Amſtelædami, apud Ludov. Elzevirium, 1651, in 12. apud Ioh. à Ravenſteyn, 1651, in 12.

Exercitationes duæ Anatomicæ de Circulatione ſanguinis, ad Iohannem Riolanum Fil. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1649, in 12.

GVILHELMVS de HENAVT, *Rothomagenſis*

Clypeus, quo tela in Pecqueti cor, à Clariſſimo Viro Carolo le Noble, collega ſuo, conjecta, infringuntur, & eluduntur. Rothomagi, apud Iulianum Courant, 1655, in 12.

GVILHELMVS INSVLANVS MENAPIVS, *Greniburgenſis, Medicus illuſtris. Vixit circa A. C. 1538. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Encomion Febris Quartanæ. Adjecta quoque eſt ejuſdem Quartanæ febris curandæ exactiſſima ratio, ex doctiſſ. tam Græcorum, quam Latinorum atque Arabum monumentis deprompta. Baſileæ, apud Ioan. Oporinum, 1542, in 8.

De ratione victus ſalubris liber. Cum præfatione paulo longiore ad inſtar juſtæ declamationis, qua laus & utilitas Diætetica continetur. Baſileæ, apud Cratandri hæredes, 1540, in 8. cum Marſilii Ficini de Triplici vita libris. Coloniæ, 1540, in 4.

GVILHELMVS I. KNYF

Goylandiæ libri duo, ſeu vera ejuſdem Regionis deſcriptio hiſtorica, rerumque memorabilium in ea exactarum: in qua Tyrannica illa clades, hujus metropolis Nerdæ, perfidia Hiſpanorum perpetrata, recenſetur. Nec non Herbarum omnium in eadem regione ſponte naſcentium, cum earum viribus brevis enarratio. Amſtelodami, apud Ambroſium Iohannis, 1621, in 4.

Diæta analeptica, ſeu vivendi ratio recreativa, in qua jucundæ maximeque utiles ad corpus humanum ab externis injuriis beneficio ſex rerum non-naturalium, præſervandum leges præſcribuntur. Amſtelodami, apud Broerium Iohannis, 1618, in 4.

GVILHELMVS IOHNSONVS, *Anglus*

Lexicon Chymicum. Cum obſcuriorum verborum, & Rerum Hermeticarum, tum Phraſium Paracelſicarum, in ſcriptis ejus, & aliorum Chymicorum, paſſim occurrentium, planam explicationem continens. Londini, apud Gul. Nealand, 1652, 1657, in 8.

GVILHELMVS LAVREMBERGIVS

Hiſtorica deſcriptio Ætitis, ſeu Lapidis Aquilæ. In qua de ejus natura, etymologia, generatione, patria, ſpeciebus, pretio, proprietatibus, & virtutibus tam occultis, quam manifeſtis diſſeritur. Cui adjunctus eſt ejuſdem tractatus de Lapide Calſuve; nec non Methodus conficiendi Herbaria viva. Roſtochii, apud Ant. Ferberum, 1627, in 12.

Diſputatio de febris malignæ Petechialis eſſentia, cauſis, & ſignis. Roſtochii, apud Laur. Alberti, 1605, in 4.

Epiſtolica diſſertatio continens curationem Calculi veſicæ edita ex Bibliotheca Ioachimi Morſii. Witebergæ, apud Chriſtianum Than, 1623, in 12. Lugd. Batav. 1619, in 8. apud Barthold. à Bild, 1629, in 12.

Botanotheca. Roſtochii, 1626, in 12.

GVILHELMVS LEMNIVS, *Levini F. Zelandus*

Epiſtola ad Patrem, qua obiter indicatur educationem in animis hominum plus efficere, quam aëris ambientis, aut loci qualitatem. Antverpiæ, apud Mart. Nutium, 1554.

GVILHELMVS LOSEELVS

De internorum, externorumque ferme omnium morborum curatione libellus. Cum hiſtoriis veriſſimis, & notatu digniſſimis, nec non variis & utiliſſimis ejuſdem autoris experimentis. Bergeraci, 1617, in 8. Burdigalæ, apud Gilb. Vernoy, 1620, in 8.

GVILHELMVS MAGISTRAT

Iſagoge Therapeutica de peſtis ſævitia, ejuſque curatione & præſervatione. Venetiis, 1572, in 8. Francof. eodem anno & forma.

GVILHELMVS MARCQVIS, *Antverpienſis*

Decas peſtifuga, ſeu decem quæſtiones problematicæ de Peſte, una cum exactiſſima inſtructione purgandarum ædium infectarum. Antverpiæ, apud Cæſ. Ioachim. Trognæſium, 1627, in 4.

Aloë morbifuga in ſanitatis conſervationem concinnata. Antverpiæ, apud Guilielmum à Tongris, 1633, in 8.

GVILHELMVS MENNENS, *Antverpianus*

Aurei velleris, ſive Sacræ Philoſophiæ vatum ſelectæ, ac unicæ, myſteriorumque Dei, Naturæ, & Artis admirabilium, libri tres. Antverpiæ, apud Ioan. Bellerum, 1604, in 4. & Volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1622, in 8.

GVILHELMVS PANTINVS, *Tiletanus*

Aurelii Cornelii Celſi de Arte medica libri octo, multis in locis jam emendatiores longe, quam unquam antea, editi. Ampliſſimi atque eruditiſſimi in duos quidem priores libros Commentarii, & in reliquos

Anno-

Acron.
Adrianus Iunius.
Æmylius Macer.
Æſculapius.
Aëtius.
Albucaſis.
Albutius.
Alexander Benedictus.
Alexander Maſſaria.
Alexander Trallianus.
Alexias.
Amatus Luſitanus.
Andreas.
Andreas Veſalius.
Andromachus.
Antonius Caſtor.

Anto-

Antonius Cermiſonus.
Antonius Galatheus.
Antonius Muſa.
Apollo.
Apollodorus.
Apollonius Mys.
Archigenes.
Archagatus.
Aretæus.
Ariſtogenes.
Ariſtoteles.
Arnaldus Villanovanus.
Artorius.
Aruntius.
Aſclepiades.
Athenæus.
Avenzoar.
Averrhoes.
Avicenna.

B.

Bacchus.
Baſſianus Landus.
Bernardus Paternus.
Bernardinus Gordonius.
Bertrucius.

C.

Cajus Valgius.
Carpitanus.
Caſſius.
Cælius Aurelianus.
Charicles.
Charmis.
Chiron.
Chryſippus.
Cleombrotus.
Cleophantus.
Clidemus.
Conſtantinus.
Cornelius Celſus.
Cornelius Gemma.
Cratevas.
Critias.
Critobulus.
Cteſias.

D.

Democedes.
Democritus.
Dinus de Garbo.
Diocles Caryſtius.
Dioscorides.
Dracon.

E.

Empedocles.
Eraſiſtratus.
Euax.
Eudamus.
Eudemus.
Eudemus Chius.
Eudemus Pharmacopola.
Euphorbus.

F.

Franciſcus Valleſius.

G.

Gabriël Fallopius.
Galenus.
Gemma Friſius.
Gentilis Fulginas.
Guilielmus Rondeletius.
Guilielmus Copus.

H.

Hieronymus Capivaccius.
Hieronymus Mercurialis.
Hieronymus Thriverius.
Honoratus Caſtellanus.
Hugo Senenſis.
Haly Abbas.
Hercules Saxonia.
Herophilus
Hippocrates.
Horatius Augenus.

I.

Ioannes Arculanus.
Ioannes Argenterius.
Ioannes Sermoneta.
Ioannes Tornamira.
Ioannes Guinth. Andernacus.
Ioannes Thomas Minadous.
Ioannes Bapt. Montanus.
Ioannes Fernelius.
Ioannes de S. Amando.
Ioannes Manardus.
Ioannes Ruellius.
Ioannes Phil. Ingraſſias.
Iſaac.
Iacobus Carpenſis.
Iacobus de Partibus.

Iacobus Forlivienſis.

L.

Laurentius Ioubertus.
Leonardus Fuchſius.
Levinus Lemnius.
Lupus.
Ludovicus Mercatus.
Laurentius Laurentianus.

M.

Machæon.
Magnus.
Marcellus.
Marcellus Virgilius.
Marcus Nevianus.
Marcus Anton. Turrianus.
Marcus Cato.
Marſilius.
Marſilius Ficinus.
Matthæus Sylvaticus.
Matthæus de Gradi.
Melampus.
Melchior Guilandinus.
Menerates.
Meſue.

N.

Nebrus.
Nicander.
Nicias.
Nicolaus Bieſius.
Nicolaus Leonicenus.
Nicolaus Myrepſus.
Nicolus.
Nicomachus.

O.

Oribaſius.

P.

Pæon.
Paulus.
Paulus Craſſus.
Pauſanias.
Periander.
Petron.
Petronius.
Petrus Hiſpanus.
Petrus Leonius.
Philippus Acarnan.
Philippus Cous.
Philiſtion.
Plinius.
Podalirius.
Pompejus Leneus.
Praxagoras.

Q.

Quintus Serenus.

R.

Rhaſes.
Rembertus Dodonæus.
Ruffus Epheſius.
Rubrius.

S.

Savonarola.
Scribonius Largus.
Serapis.
Serapion.
Soranus.
Symphorianus Campegius.

T.

Thadæus
Themiſon.
Theon.
Theophraſtus.
Theſſalus Hipp. fil.
Theſſalus.
Thomas de Garbo.
Thomas Fienus
Thomas Linacer.
Thraſias.
Turiſanus.

V.

Valeſcus de Taranta.
Vectius Valens.
Vidus Vidius.
Victor Trincavellius.

X.

Xenophon.

Z.

Zeno.

PETRVS CASTELLVS, *Romanus*

Epiſtolæ Medicinales. Romæ, 1626. in 4.

Epiſtola ad Io. Malelphum & Aetium Cletum, in qua agitur, nomine Hellebori ſimpliciter prolato, tum apud Hippocratem, tum alios aucto-

auctores, intelligendum alvum. & ab hoc purgatas à Melampode Proeti Regis Argivorum furentes filias, atque ab Anticyreo ſanatum Herculem inſanientem. Romæ, apud Io. Maſcardum, 1622, 1628, in 4.

Epiſtola ſecunda de Helleboro, in qua confirmantur ea quæ in priore allata fuerunt. Romæ eodem anno & forma.

Hortus Meſſanenſis. Meſſanæ, 1640, in 4.

Evangelia, in qua lectiones hoc anno ab ipſo habendæ in publico Gymnaſio ſuper primum libri Aphoriſmi Hippocratis enumerantur. Mantuæ, 1646, in 12.

Chalcantinum dodecaporion, ſive duodecim dubitationes in uſu olei Vitrioli, cum Defenſione Veterum, in Arſenici, atque Sandarachæ potu. Romæ, apud Iac. Maſcardum, 1619, in 4.

De abuſu Phlebotomiæ. Romæ, apud Franc. Corbelletti, 1628, in 8.

De abuſu circa dierum Criticorum enumerationem. Meſſanæ, apud Viduam de Bianeo, 1642, in 8.

Emetica, in qua agitur de Vomitu & Vomitoriis. Opus medicis omnibus utile & neceſſarium ad curandos omnes morbos Hippocraticam diætam ſequentibus, tum Galenicam, Paracelſicam & Empiricam omnibus demonſtratis ratione, auctoritate, & experimentis, libri decem. Romæ, apud Iac. Maſcardum, 1634, in fol.

De Viſitatione Ægrotantium. Pro ſuis Auditoribus & Diſcipulis ad Praxim inſtruendis. Romæ, apud Iac. Maſcardum, 1630, in 12.

De Febre Tritæophya. Coſenzæ, apud Iac. Bapt. Ruſſum, 1648, in 8.

In Hippocratis Aphoriſmos primi libri Critica doctrina: per puncta & Quæſtiones. Ad faciliorem tironum, qui à philoſophica auditione, ad medicam ſe transferunt intelligentiam. In qua omnium fere, qui Aphoriſmos expoſuere, Opiniones referuntur, probantur, improbantur, & vel optima eligitur, vel nova additur. Maceratæ, apud Petrum Salvi, 1648, in 4.

Opobalſamum examinatum, defenſum, judicatum, abſolutum, & laudatum. Meſſanæ, apud Viduam Io. Franc. Bianeo, 1640, in 4.

Opobalſamum triumphans. Baſil. apud Franciſc. Pernam, 1640, in 4.

Optimus Medicus. In quo conditiones perfectiſſimi Medici exponuntur. Meſſanæ, apud Viduam Io. Franc. Bianeo, 1637, in 4.

Præſervatio Corporum ſanorum ab imminente lue ex aëris intemperie hoc Anno 1648. Meſſanæ, apud hæredes Pet. Breæ, 1648, in 4.

De Smilace aſpera. Meſſanæ, 1652, in 4.

Hyæna odorifera. Ibid. 1638, in 4.

Tripus Delphicus. Neapoli, 1635, in 4.

Relatio de qualitatibus frumenti Meſſanenſis. Ibid. 1637, in 4.

PETRVS à CASTRO

Peſtis Neapolitana, Romana & Genuenſis, Annorum 1656, & 1657, fideli narratione delineata, & Commentariis illuſtrata. Veronæ, apud Rubeanos, 1657, in 12.

Febris maligna puncticularis, Aphoriſtica methodo delineata. Ibid. 1650, in 16. Patavii, 1653, in 12.

Bibliotheca Medici Eruditi. Patavii, apud Matth. Cadorinum, 1654, in 12.

PETRVS CIACONIVS

Opuſcula in columnæ roſtratæ inſcriptionem de Ponderibus, Menſuris & Nummis. Romæ, 1608, in 8.

PETRVS CORTESIVS

Tractatus de Diebus decretoriis. Panormi, 1642, in 8.

PETRVS CRESCENTIVS, *Bononienſis*

De omnibus agriculturæ partibus, & de Plantarum animaliumque natura & utilitate, libri XII. Lovanii, apud Ioan. de Weſtphalia, 1473, in fol. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1548, in fol.

PETRVS CARENVS

De ſanguinis profluvio ex ſede Conſilium, extat eo in opere quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4. pag. 220.

PETRVS COVDENBERG

Scholia & Correctiones, ad Diſpenſatorium Pharmacorum Valerii Cordi; apud quem vide.

PETRVS CRINITVS

De honeſta diſciplina libri XXV. Pariſiis, apud Iodocum Badium Aſcenſium, 1525, in fol. in quibus quæ ad illuſtrandam medicinam faciunt, capita quædam ſunt: videlicet

De viribus atræ bilis: ac de Eurylocho, & poëta Malacho, qui graviter eo morbo ad inſaniam vexarentur. lib. III, cap. VI.

Quid mulſum apud veteres. lib. IV. cap. VIII.

De ſpatio humanæ vitæ, & adnotanda obſervatio de pondere humani cordis, quomodo creſcat & decreſcat, ex Anatomica Ægyptiorum obſervatione. lib. VII, cap. IX.

De Anatomicæ diſciplina, & hiſtoria de Ariſtomene Meſſenio, qui hirſuto corde fuerit: ac ibidem relata quædam ex veteribus de humano corde. lib. XIII. cap. VII.

De Aſclepiade medico, qui lectos ægrotos ſuſpenſiles primus excogitavit. lib. XIV, cap. XIV.

De viribus & ægritudine amoris, ac de ejus remediis copioſe relatum ex Arabum commentariis. lib. XV, cap. IV.

Quid ſit morbus tonſillarum, in qua maxime parte corporis, qualique origine dicantur tonſillæ. lib. XVI, cap. XVI.

De morbo elephantiaſi, & unde nomen acceperit: ac de lichenis ibidem, & Gallica ſcabie contra quorundam inſcitiam. lib. XX, cap. X.

Vinum eſſe remedio contra aconitum, &c. lib. XXIII, cap. IX.

Qui maxime homines comitiali morbo vexarentur, & quibus argumentis agnoſcantur. lib. XXV, cap. I.

Quo nomine apud veteres Manna diceretur: ac de illius uſu & cognitione apud Medicos: tum de Manna thuris nonnihil. lib. XXV, cap. VII.

PETRVS CRISPVS

In Aphoriſmorum Hippocratis librum primum Commentaria. Romæ, apud Vincent. Accoltum, 1575, in 4.

PE-

PETRVS DROETVS, *Pariſienſis*

Conſilium novum de Peſtilentia. Pariſiis, 1573, in 8. Argentorati, apud Bernardinum Iobinum, 1576, in 8.

PETRVS FIRENS

Piſcium vivi Icones in æs inciſæ.

PETRVS ESTANOVE, *Monspelienſis*

Obſervationes medicæ. Extant cum Obſervationibus Laz. Riverii. Londini, apud Milonem Fleſcher, 1646, in 8. pag. 425.

PETRVS FERRIOLVS

Petri Garciæ Carrero, Diſputationes medicas, & Commentaria in Fen primam libri quarti Avicennæ collectas edidit.

PETRVS FORESTVS, *Alcmarianus*

Obſervat. & Curationum Medicinalium libri 2. Lugd. Bat. 1593.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 3, 4, & 5. Lugd. Bat. 1591.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 6, & 7. Ibid. 1591.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 8, 9, & 10. Ibid. 1602.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 11, 12, 13, 14, & 15. Ibid. 1602.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 16, & 17. Ibid. 1602.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 18. Ibid. 1606.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 19, & 20. Ibid. 1595.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 21, 22, & 23. Ibid. 1596.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 24, & 25. Ibid. 1596.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 26, & 27. Ibid. 1597.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 28. Ibid. 1599.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 29. Ibid. 1603.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 30, & 31. Ibid. 1606.
Obſervat. & Curat. Medicinal. lib. 32. Ibidem 1606. Omnes in Octavo.

Obſervationum & Curation. Medicinalium, ſive Medicinæ Theoricæ & Practicæ libri XXVIII. Quorum

I. De Febribus Ephemeris Synochis.
II. De Febribus Continuis.
III. De Febribus Intermittentibus.
IV. De Febribus Hecticis.
V. De Febribus Compoſitis.
VI. De Febribus publice graſſantibus: cum morbis Epidemiis, deque febribus malignis, contagioſis, peſtilentibus, ac peſte.
VII. De Febrium Symptomatis.
VIII. De Exterioribus vitiis, & morbis Capitis.
IX. De variis Corporis Doloribus.
X. De univerſis Cerebri, & meningum ejuſdem Symptomatis, & morbis.
XI. De morbis Oculorum, & Palpebrarum.
XII. De Aurium morbis.
XIII. De Naſi affectibus.
XIV. De ægritudinibus Labiorum, gingivarum, dentium, oris, ac linguæ.
XV. De Faucium, gutturis, gulæ, & aſperæ arteriæ affectibus.
XVI. De Pectoris, pulmoniſque vitiis, & morbis.
XVII. De Cordis, ac quibuſdam Mammillarum affectibus.
XVIII. De Stomachi & Ventriculi affectibus.
XIX. De Hepatis malis, ac affectibus.
XX. De Lienis morbis, vitiis, ac affecti-

fectibus, & de Scorbuto.
XXI. De Meſenterii, & Inteſtinorum affectibus, ac de Colicis & Iliacis doloribus, de Vermibus.
XXII. De diverſis profluviorum alvi generibus.
XXIII. De Sedis, & Ani vitiis & affectibus.
XXIV. De Renum affectibus & morbis.
XXV. De Veſicæ malis ac affectibus.
XXVI. De Penis ac Virgæ vitiis.
XXVII. De Scroti ac teſticulorum affectibus vitiiſque, ac de Ramicum diverſis ſpeciebus.
XXVIII. De Mulierum morbis, & Infantis regimine agunt. In quibus eorundem cauſæ, ſigna, prognoſes, & curationes graphice depinguntur. Francofurt. apud Zach. Palthenium, 1602, in fol. 2 voll.

Obſervationum & Curationum medicinalium, ſive Medicinæ Theoricæ & Practicæ lib. XXIX. De Arthritide, & aliis affectibus partium externarum, in quo ejus cauſæ, ſigna, prognoſes, & curationes graphice depinguntur. Francof. apud Palthenium, 1604, in fol. Operum tomus tertius.

Obſervationum & Curationum medicinalium, ſive Medicinæ Theoricæ & Practicæ libri XXX, XXXI, & XXXII, de Venenis, Fucis, & Lue Venerea: in quibus eorundem cauſæ, ſigna, prognoſis, & curationes graphice depinguntur. Francof. apud Palthenium, 1609, in fol. Operum tomus quartus.

Obſervationum & curationum Chirurgicarum libri quinque. Quorum I, de Tumoribus præter naturam ſanguineis: II, Bilioſis: III, Pituitoſis: IV, Melancholicis: V, Mixtis, ſeu Compoſitis. In quibus eorundem cauſæ, ſigna, prognoſes, & curationes graphicè depinguntur, cum Scholiis. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1610, in 8. Francof. apud Palthenium, 1610, in fol. Huic editioni acceſſerunt ejuſdem libri III de Incerto ac fallaci urinarum Iudicio adverſus Vromantas, & Vroſcopos. Operum tomus quintus.

Obſervationum & Curationum Chirurgicarum libri quatuor poſteriores. Quorum primus de plagis, ſeu vulneribus cruentis, caſu, offenſione, percuſſione, contuſione, ac concuſſione. II, Vlceribus. III, Fracturis. IV, Luxationibus agit. In quibus eorundem cauſæ, ſigna, prognoſes, & curationes graphice depinguntur. Francofurti, apud Palthenium, 1611, in fol. Operum tomus ſextus & ultimus. Ibidem, 1634, in fol.

Omnes autem hi libri ſeorſim quoquè ſinguli prodierunt Lugd. Bat. apud Franc. Raphelengium ab anno 1589, uſque ad annum 1610, in 8. Et libri tres de Incerto Vrinarum judicio, &c. Antverp. apud Chriſtoph. Plantinum, 1583, in 8. Lugd. Bat. 1589, in 8.

De Venenis & fucis liber. 1606, in 8.

PETRVS FRANCISCVS PHRYGIVS, *Ticinenſis*

Commentarii in Hiſtorias epidemicas Hippocratis, in tres partes digeſti. Lugduni, apud Io. Ant. Huguetan, 1644. in 4.

PETRVS FRANCISCVS PAVLVS, *Florentinus Medicus, ex ſecta Galenica. Claruit in ſummo pretio & gratia, circa A. C. 1528. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Adverſus Avicennam de Venæſectione tractatus. Venet. apud Lucam

cam Anton. Iuntam, 1533, in 4. cum aliis Novæ Academiæ Florentinæ opuſculis. Lugd. apud Gryphium, 1534, in 8.

PETRVS FVRHMANNVS

De conſolidatione p. n. partium genitalium Epiſtola, extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. medicinal. ſingular. lib. IV priorib. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4. pag. 510.

PETRVS GALEA

De Pulſibus. Peruſiæ, 1597, in 4.

PETRVS GARCIAS CARRERO, *Callagurritanus*

Diſputationes medicæ, & Commentaria in Fen primam libri quarti Avicennæ: in quibus non ſolum quæ pertinent ad Theoricam: ſed etiam ad Praxin, locupletiſſime reperiuntur. Editæ opera Petri Ferrioli, autoris Diſcipuli. Burdigalæ, apud Gulielmum Millangium, 1628, in fol.

Diſputationes medicæ & Commentaria in Fen primam libri primi Avicennæ. Compluti, ex offic. Academiæ, 1612, 1617, in fol.

Diſputationes medicæ & Commentaria in omnes libros Galeni de Locis affectis. Compluti, ex offic. Academiæ, 1605, 1612, in fol.

PETRVS GASSENDVS

De ſepto cordis pervio Obſervationes. Extant cum Sev. Pinæi lib de Notis Virginitatis. Lugd. Batav. apud Franciſcos Hegerum & Hackium, 1639, in 12.

De Nutritione Animalium, ubi & de Venis lacteis; de Pulſu & Reſpiratione; Item de Sanguinis Circulatione agitur. Extat in Appendice Tom. tertii de Philoſophia Epicuri. Lugd. apud Guil. Barbier, 1649, in fol.

PETRVS GILLIVS, *Albienſis*

Elephanti nova deſcriptio. Extat cum Æliani de hiſtoria Animalium lib. XVII, à ſe è Græco in Latinum verſis. Lugduni, apud Guiliel. Rovillium, 1562, in 8. Hamburgi, apud Michaël. Hering, 1614, in 8.

Demetrii de Re Accipitraria Latine reddidit. Item Phæmonis de Cura Canum.

PETRVS GIRARDETVS

Ludov. Dureti Commentarios, in Hippocr. lib. de Humoribus Purgandis: & De Diæta Acutorum edidit. Addita, ad calcem, accurata Conſtitutionis primæ lib. II. Epidemion interpretatione.

PETRVS GORRÆVS, *Bituricenſis*

Praxis Medicinæ, quovis illuſtriori inſcribenda titulo ad communem uſum totius fere Europæ in gratiam eorum, qui ſe à Theoriçe ad Practicam conferunt. Huic acceſſere cognata quædam alia ac propemodum neceſſaria Corn. Celſi particula ex ſecundo de Natura ac proprietate cujuſque rei, qua veſcimur. Liber de Vrinis ex optimis Auctoribus. Dioclis Epiſtola ad Antigonum Regem, ex ſecundo Pauli de præcognoſcendis ægritudinibus, hiſque impediendis ne veniant: de tuenda valetudine: de regimine vitæ per anni tempora. Venetiis, apud Mapheum Paſinium, & Franc. Bindonium, 1545. Lutetiæ, 1555, in 16. auctior.

Formulæ remediorum, quibus vulgo Medici utuntur. Lutetiæ, apud Ægidium Gorbinum, 1560, in 16. Lugduni, apud Ioan. Mareſchallum, 1584, in 8. inter Opuſcula illuſtrium Medicorum de Doſibus. Coloniæ Allobrogum, 1612, in 12. PE-

PETRVS GREGORIVS, *Tholoſanus*

Syntaxeon artis mirabilis tomi duo, in libros XL digeſti. Quorum XXVIII de Medicina agit. Coloniæ, apud Lazarum Zetznerum, 1600, in 8. Lugd. apud Antonium Gryphium, 1585, in 16.

PETRVS GVIFFARTVS, *Vallonianus*

Cor vindicatum, ſeu Tractatus de Cordis officio. Opus, in quo rationibus & Autoritatibus probatur, Cor, ipſum Chylum, immediate in ſanguinem convertere, vaſaque Chylum ad Cor uſque deducentia, nuper Io. Pecqueti labore reperta, plenius conſiderantur, & aſſeruntur. Ejuſdem Exercitatio de proxima lactis materia. Rothomagi, ſumptibus Autoris, & apud Ludov. du Meſnel, 1652, in 4.

PETRVS HASSARDVS, *Armenterius Flander*

De Morbo Gallico tractatus. Lovanii, apud Bergagne, 1554. Extat etiam in Appendice ad tomum I Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 72.

Saluberrima bonæ valetudinis tuendæ præcepta Eobani Heſſi, Poëtæ feſtiviſſimi, Elegiaco carmine, ad imitationem Galeni, conſcripta, noviſque Commentariis illuſtrata. Francof. apud Chriſt. Egenolphum, 1568, in 8.

Clypeus Aſtrologicus, contra flagellum Aſtrologorum Franciſci Rapardi Brugenſis Medici, cum declaratione & approbatione utilitatis Aſtrologiæ. Lovanii, apud Antonium Maria Bergagne, 1552, in 8.

PETRVS HISPANVS, *Portugalenſis*

(*Hic poſtea ex Epiſcopo Tuſculano factus eſt* PAPA IOANNES XXI.)

Commentarii in Iſaacum de Diætis univerſalibus & particularibus. Et in ejuſdem Iſaaci de Vrinis Commentarii. Extant cum Operibus Iſaaci. Lugd. apud Barthol. Trot, 1515, in fol.

Theſaurus Pauperum, ſeu de Medendis humani corporis morbis per experimenta, euporiſta ſimplicia & particularia, liber empiricus, ex omni genere auctorum, & experientia propria congeſtus. Lugd. apud Iacobum Myt, 1525, cum Practica Ioa. Serapionis. Pariſiis, apud Iacobum du Puys, 1577, in 16. cum Theſauro Sanitatis Ioannis Liebaultii, qui eum altera parte fere auxit. Francof. apud Egenolphum, 1578, in 8. Ex Guilhelmi Adolphi Scribonii recognitione.

PETRVS HOFMANVS

Epiſtolæ aliquot Medicæ, extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

PETRVS HOLTZEMIVS, *Daventrienſis*

Prognoſticon Vitæ & Mortis, Longitudinis & Brevitatis, Reſolutionis & Permutationis morbi, duobus libris diſtincta. In quibus quæ ab Hippocrate & Galeno confuſe & ſine methodo ad hanc doctrinam allata ſunt, commodo ordine traduntur, prius quidem verſu rhythmico, dein ad ſingulos verſus ſuccincta, aperta, & docta exegeſi comprehenſa. Coloniæ, apud Grevenbruch, 1605, in 8.

Deſcriptio Fontis medicati S. Antonii, vulgo Tillerborn dicti, prope Andernacum. Coloniæ Agripp. apud Herm. Mylium, 1620, in 8.

Eſſentia Hellebori rediviva, ſecundo extracta, ſive rectificata, & aucta in gratiam novorum hujus patriæ, & ſæculi Medicorum, non minus

nus faceta, quam neceſſaria. Coloniæ Agripp. apud Herm. Mylium, 1623, in 8.

Pharmacopœa, ſive Diſpenſatorium Colonienſe, juſſu & autoritate S. P. Q. Agrippinenſis reviſum, & auctum. Cui adjunxit Examen ſimplicium medicamentorum carmine rhythmico. Nomenclaturam item chymicorum & abſtruſorum vocabulorum cum notis Chymicis. Coloniæ, apud Birckmannum, 1627, in fol.

De admiranda curatione Scroti poſt Gangrænam delapſi Epiſtola. Extant Cent. V. Obſerv. Chirurg. Guil. Fabr. Hildani. Francof. apud Matthæum Merianum, 1627, in 4. pag. 250.

PETRVS HORDANVS

Meatus in ſiniſtrum cordis Ventriculum deſinens æri inciſus.

PETRVS vander HOWEN

De Sympathia, ſeu affectu per conſenſum brevis tractatus. Roterod. apud Ioan. Waesbergium, 1621, in 8.

PETRVS IACOBVS ESTEVE

In Hippocratis librum ſecundum ἐπιδημιῶν, ſeu Popularium morborum Commentarius. Valentiæ, apud Gaſparem Furtado, 1582, in fol.

PETRVS IACOBVS STEVE

Commentarii in Hippocratem lib. II. Epidem. Valentiæ, 1551, in fol.

PETRVS IACOBVS TOLETVS, *Neapolitanus*

De Methodo opus ad Galeni cæterorumque Medicorum & Philoſophicorum libros (veluti Clavis) aperiendos, & omnino ad diſciplinarum vias noſcendas apprime neceſſarium. Neapoli, apud Matthiam Cancrum, 1558, in 8.

Opuſculum recens natum de morbis puerorum cum appendicibus Toleti. Lugd. 1538, in 8.

PETRVS IACOBVS ZOVELLVS, *Carmignolenſis*

Commentarius de Peſtilenti ſtatu. In quo, quidquid ad peſtem curandam attinet, clariſſime continetur. Venetiis, apud Franc. Portonarium, 1557, in 8.

PETRVS IANICHIVS, *Dantiſcanus*

Ioa. Varandæi Tractatum, de Affectibus Renum & Veſicæ publici juris fecit. Item Ejuſdem: Formulas Remediorum, internorum & externorum.

PETRVS IOHANNES FABER, *Caſtrinovidarenſis*

Panchymicum, ſeu Anatome totius Vniverſi. In quo de omnibus quæ in & ſub cælo ſpagirico tractantur. II. Propugnaculum Alchymiæ. III. Hercules piochymicus. IV. Hydrographia ſpagyrica. V. Pædagogus Chriſtianus. VI. Secreta chymica. VII. Myrothecium ſpagyricum. VIII. Palladium ſpagyricum. IX. Chirurgia ſpagyrica. Francof. 1652, in 4. Toloſæ, apud Petrum Boſc, 1646, in 8. Panchymici tomus tertius, ſive ultimus. Tholoſæ, 1655, in 8.

Alchimiſta Chriſtianus. Toloſæ, 1632, in 8.

Theſaurus utriuſque Medicinæ. Ibid. in 8.

Hydrographum ſpagyricum. Ibid. 1639, in 8.

Pal-

Palladium ſpagyricum. Alchymiſta Chriſtianus. Hydrographia ſpagirica. Chirurgia ſpagirica. Toloſæ, 1629, in 8.

Myrothecium Spagyricum; ſive Pharmacopœa chymica, occultis naturæ arcanis, ex Hermeticorum Medicorum Scriniis depromptis, abunde illuſtratæ. Toloſæ Tectoſagum, apud Petrum Boſc, 1628, in 8.

Inſignes curationes variorum morborum, quos medicamentis chymicis jucundiſſima methodo curavit idem autor. Toloſæ, apud Petrum Boſc, 1627, in 8.

Palladium Spagyricum. Toloſæ, apud Petrum Boſc, 1624, in 8.

Alchymiſta Chriſtianus, in quo Deus rerum auctor omnium, & quamplurima Fidei Chriſtianæ myſteria, per analogias Chymicas & figuras explicantur, Chriſtianorumque orthodoxa doctrina, vita & probitas non oſcitanter ex arte Chymica demonſtrantur. Toloſæ, apud Petrum Boſc, 1632, in 8.

Chirurgia Spagyrica: in qua de morbis cutaneis omnibus Spagyrice & Methodice agitur, & curatio eorum cita, tuta, & jucunda tractatur. Toloſæ, apud Petrum Boſc, 1626, in 8. Hi quatuor tractatus deinde ſimul editi ſunt, Argentorati, apud Hæredes Laz. Zetzneri, 1632, in 8.

Sapientia univerſalis, IV libris comprehenſa. I de Mediis ad ſapientiam perveniendi. II de Cognitione hominis. III de Medendis morbis hominum. IV de Metallis meliorandis. Francof. apud Ioh. Beyerum, 1656, in 4. Toloſæ, apud Raymundum Boſc, 1654, in 8.

Hercules Prochymicus. In quo penitiſſime, tum moralis Philoſophiæ, tum Chymicæ artis arcana laboribus Herculeis, apud Antiquos, tanquam velamine obſcuro obruta deteguntur. Toloſæ, apud Petr. Boſc, 1634, in 8.

Propugnaculum Alchemiæ adverſus Miſochymicos. Toloſæ, apud eumdem, 1645, in 8.

PETRVS IOANNES WIBVRGIVS

Epiſtolæ plurimæ Medicæ, extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Norib. apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

PETRVS KIRSTENIVS, *Vratiſlavienſis*

De vero uſu & abuſu Medicinæ liber. Breſlæ, 1610, in 8.

Liber ſecundus de Canone Canonis à filio Sinæ.

PETRVS LAVREMBERGIVS, *Roſtochienſis*

Porticus Æſculapii, ſeu Generalis artis medicæ conſtitutio; in qua de Medicinæ Genere, Subjecto, Fine, Definitione, Diviſione Controverſiæ pleræque omnes examinantur. Errores multi, à multis hactenus cuſtoditi, oſtenduntur. Veræ de ſingulis ſententiæ feruntur & demonſtrantur. Roſtochii, apud Ioan. Pedanum, 1630, in 4.

Proceſtria Anatomica. In quibus proponuntur pleraque quæ ad generalem Anatomiæ & partium contemplationem attinent: quædam etiam infimi ventris membra explicantur; & Andreæ Laurentii Hiſtoria Anatomica multis locis caſtigatur & corrigitur. Hamburgi, apud Paulum Langium, 1619, in 4.

Iſagoges Anatomicæ Græcæ, interpretatio Latina. Lugd. Bat. apud Elzevirios, 1618, in 4.

Cor-

Cornelii Drebelii, Tractatus duos: I. De Natura Elementorum, & 2. de Quinta Eſſentia, addita Epiſtola, de perpetui Mobilis inventione, è Belgico in Latinum tranſtulit.

Collegium Anatomicum XII Diſputationibus comprehenſum & in Roſtochienſium Academia propoſitum. Roſtochii, apud hæredes Richelianos, 1636, in 4.

Laurus Delphica, ſeu Conſilium, quo deſcribitur Methodus perfacilis ad Medicinam. Lugd. Bat. apud Ioan. Maire, 1621, in 12. Wittebergæ, 1623, cum Georgii Laurembergii de Calculo, in 12.

Apparatus plantarius primus: tributus in duos libros. I, De Plantis bulboſis. II, De Plantis tuberoſis. Quibus exhibentur præter nomenclaturas, multiplices earum differentiæ & ſpecies; Vires, uſus tam culinarius, quam medicus: Cultura, ſive ratio eas plantandi, conſervandi, propagandi. Itemque quæ Poëtæ, Philologi, Philoſophi, Sacræ literæ, &c. de iis memoratu digna annotarunt. Adjunctæ ſunt plantarum quarundam novarum novæ Ichnographiæ, & deſcriptiones. Francof. apud Matthæum Merianum, 1632, in 4.

Paſicompſe nova, id eſt accurata & curioſa delineatio Pulchritudinis. Lipſiæ, 1634, in 8.

Horti cultura, libris II comprehenſa; huic noſtro cœlo & ſolo accommodata: regulis, obſervationibus, experimentis, & figuris novis inſtructa: in qua quidquid ad hortum proficue colendum, & eleganter inſtruendum facit, explicatur. Francof. apud Matth. Merianum, 1632, in 4.

In Synopſin Aphoriſmorum Chymiatricorum Angeli Salæ Vicentini Notæ & Animadverſiones; quibus nuper Paraſitaſter aliquis oppoſuit reſponſionem. Roſtochii, apud Ioan. Pedanum, 1624, in 4. Hamb. 1624, in 4.

Commentationes, in Cujuſdam Anonymi Iſagogen Anatomicam. Lugd. Bat. 1618, in 4.

PETRVS LEO, *Spoletanus*

De Vrinis tractatus. Extat cum Ægidii de Vrinis & Pulſibus libris. Venetiis, apud Octavianum Scotum, 1514, in fol.

PETRVS LOPIVS, *Portalegrenſis Luſitanus*

De ſex rebus non-naturalibus liber eleganti poëmate conſcriptus. Conimbricæ, apud Nic. Carvalho, 1618, in 4. Floſculus medicinæ, tribus libris comprehenſus, & totidem rebus, quas humanum corpus continet. Malacæ, apud Ioan. Serranum de Vargas, 1635, in 4. Ibidem, in 4. Olyſipponæ, apud Petrum Crasbeet, 1620, in 8.

PETRVS de MARCHETTIS

Anatomia. In qua Veslingius contra Riolanum defenditur. Hardervici, apud Societatem, 1656, in 12.

PETRVS MARIA CANEPARIVS, *Cremenſis*

De Atramentis cujuſcunque generis. Opus ſane novum hactenus à nemine promulgatum, in ſex Deſcriptiones digeſtum. Venetiis, apud Euangel. Deuchinum, 1619, 1629, in 4. Londini, apud Ioh. Martin, 1660, in 4.

PETRVS MARIA CASTILLIONEVS

Reſponſio ad Ludovici Septalii judicium. Mediolani, 1618, in 4.

PETRVS MARTYR TRONVS, *Novarianus*

De Vlceribus, & Vulneribus capitis, libri quatuor. Ticini, 1584, in 4.

PETRVS MATTHÆVS PINVS, *Vrbinas*

Compendium inſtar indicis in Hippocratis Coi Opera omnia, res quaſque diſtinctiſſime ac uberrime complectens, ſummo ſtudio collectum in ſtudioſorum rei medicæ commodum & utilitatem. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1597. in fol.

Annotationes in Opuſcula Anatomica Bartholomæi Euſtachii ex Hippocrate, Ariſtotele, Galeno, aliiſque Authoribus collectæ. Extant cum iiſdem, Venet. apud Vincentium Luchinum, 1563, in 8.

PETRVS MATTHÆVS ROSSIVS

Obſervationes Medicæ, Chirurgicæ & Practicæ, hoc eſt, De conſultandi, ſive, ut vulgo dicitur, Collegiandi Arte, in Morbis omnibus, ac quibuslibet particularibus, ad Chirurgiam pertinentibus Tractatus: adjectis Conſultationibus & Obſervationibus ſelectis pro morbis ad eandem facultatem Chirurgicam & Phyſicam ſpectantibus, rite & ordine curandis.

Conſultationes & Obſervationes ſelectæ pro morbis ad facultatem Chirurgicam & Phyſicam ſpectantibus rite & ordine curandis. Nunc primum à Victorio filio editæ, Francof. apud Theobald. Schönwetterum, 1608, in 8.

PETRVS MAYNARDVS, *Veronenſis*

De Morbo Gallico tractatus duo. Extant tomo 1 Operis de Morbo Gallico, pag. 336, 340.

PETRVS MEMMIVS, *Herendalius*

De recto Medicinæ uſu liber unus. Delphis, apud Hermannum Schinckelium, 1564, in 8.

Hippocratis Coi Iusjurandum commentario recenter illuſtratum, cui acceſſit altera pars, qua ratione Medicorum vita & ars ſancte conſervetur, declarans. Roſtochii, apud Auguſtum Ferberum, 1577, in 8.

PETRVS MERCADO

De febrium differentiis, earumque cauſis, ſignis, medela: tam in univerſali, quam in particulari, ex antiquorum & juniorum, tum Græcorum, tum Arabum autoritate. Granatæ, apud Anton. Nebriſſenſem, 1583, in 4. apud Viduam Ioan. Gallindi, 1592, in 4.

PETRVS MONAVIVS, *VVratiſlavienſis*

Conſilia & Epiſtolæ Medicæ extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

PETRVS MONTANVS

De Morborum generibus Carmen. Extat cum Cœna Baptiſtæ Fieræ, Argentorati, apud Chriſt. Egenolphum, 1564, in 8.

PETRVS MORELLVS

Methodus præſcribendi formulas remediorum elegantiſſima: quæ antehac aliquoties immutata & mutilata prodiit; nunc vero, conſenſu Autoris, ſtudio Ioannis Iacobi à Brunn genuinam lucem adſpicit. Cum annexo Syſtemate materiæ medicæ, methodo medendi, & formulis medicamentorum præſcribendis, accommodato, Baſileæ, apud Ioh. Iacobum Gena-

Genathium, 1630, in 8. Genevæ, apud Petrum Chouet, 1639. Lipſiæ, apud Andr. Kruhnen, 1645, in 8. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1647, in 12. aucto, variiſque modis illuſtrato, à Gerardo Leon. Blaſio. Amſtel. apud Ægid. Ianſſon. Valckenier, 1659, in 12.

Syſtema Paraſceuaſticum ad praxin, materiæ medicæ ſylvam complectens: & rationem præſcribendi ipſam in formulas ſecundum leges Pharmaciæ & normam practicandi Monſpelii uſitatam. Aureliopoli, apud Iacobum Chouët, 1628, in 8. Amſtelod. cum Notis Blaſii, 1659, in 12.

De Febre purpurata, epidemia, peſtilenti. De peſtilentium natura, cauſis, ſignis, curatione. Lugd. 1641, in 8.

PETRVS MORESTELLVS

Encyclopædia ſeu artificioſa ratio circularis, ad artem magnam Raimundi Lullii, in Collegio Salicetano, 1646, in 8.

PETRVS MORNIVS

Arcana totius naturæ ſecretiſſima, nec hactenus unquam detecta è Collegio Roſeano in lucem producta. Lugd. Bat. 1630, in 12.

PETRVS à NAALDWYCK, *Batavus*

Libri duo Philippicorum, ſive de Equorum Natura, Electione, Educatione, Diſciplina, & Curatione. Lugduni Bat. apud Andr. Cloucquium, 1631, in 4.

PETRVS OLAVS, *Aarhuſienſis*

De Febribus peſtilentibus, earumque cauſis & ſymptomatibus Oratio. Herbornæ, apud Chriſtoph. Corvinum, 1594, in 4.

PETRVS PACHEQVVS, *Lunellenſis*

Obſervationes medicæ. Extant cum Obſervationibus Lazari Riſerii, Londini, apud Milonem Fleſcher, 1646, in 8.

PETRVS PADVANVS

Dioſcorides in ſeptuaginta ſeptemdecim capita digeſtus, & annotatiunculis brevibus illuſtratus: addito tractatu exiguo de Aquarum naturis: ſunt autem aquæ non deſtillatæ, ſed ex diverſis ſimplicibus compoſitæ ad morbos quoſdam. Lugd. 1512, in 4.

PETRVS PAAW, *Amſtelredamenſis*

Primitiæ Anatomicæ de Humani corporis Oſſibus. Lugd. Bat. apud Iuſtum à Colſter, 1615, in 4.

Succenturiatus Anatomicus. Continens Commentaria in Hippocratem de Capitis Vulneribus. Additæ in aliquot capita libri VIII C. Celſi Explicationes. Lugd. Bat. apud Iodocum à Colſter, 1616, in 4.

Andreæ Veſalii Epitome Anatomica. Opus redivivum. Cui acceſſere Notæ ac Commentaria P. Paaw. Lugd. Bat. apud Iodoc. à Colſter, 1616, in 4.

De Valvula inteſtini Epiſtolæ duæ, extant Cent. I. Epiſt. Guil. Fabr. Hildani, Oppenheimi, apud Ioa. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 423, & ſeqq.

De Peſte tractatus. Cum Henrici Florentii ad ſingula ejuſdem tractatus capita Additamentis. Lugd. Bat. apud Abrah. Commelinum, 1636, in 12.

Methodus Anatomica. Extat Mss. in Clariſſ. V. D. Franciſci de Vick Med. Amſtelredamenſis Bibliotheca.

Hortus Publicus Academiæ Lugduno Batav. Lugd.Bat.1629, in 8. Obſervationes Anatomicæ Selectiores editæ à Thoma Bartholino. Haffniæ, 1656, in 8.

PETRVS PALMARIVS

Lapis Philoſophicus Dogmaticorum. Quo Paracelſiſta Libavius reſtituitur, Scholæ medicæ Pariſienſis judicium de Chymicis declaratur, Cenſura in adulteria & fraudes Parachymicorum defenditur, aſſerto veræ Alchemiæ honore. Adjecta eſt hiſtoria Leproſæ mulieris perſonatæ. Pariſ. apud Davidem Doulceur, 1609, in 8.

Laurus Palmaria fugans ventaneum fulmen Cyclopum aliquot, falſo Scholæ Pariſienſis nomine evulgatum in librum Petri Palmarii. Lutetiæ, 1609, in 8.

PETRVS PASCHALIS

Praxis Medicinæ de Febribus. In qua methodo facilima dilucidiſſimaque omnium febrium cognitio & curatio traditur. Lugd. Batav. apud Ioa. Maire, 1631, in 8.

PETRVS PAVLVS GALEO, *Peruſinus*

De Pulſibus. Peruſiæ, 1597, in 4.

PETRVS PAVLVS MAGNVS

De Sanguinis miſſione liber. Romæ, apud Bartholomæum Bonfadinum, 1584, in 8.

PETRVS de MARCHETIS, *Patavinus*

Nova Obſervatio & Curatio Chirurgica. Extat in Dominici de Marchetis Anatomia. Patavii, apud Ioa. Baptiſt. Paſquatum, 1654, in 4.

PETRVS PAVLVS PARAVICINVS, *Novocomenſis*

De Maſinenſium & Burmenſium Thermarum hactenus incognitarum ſitu, natura, & miraculis, Epiſtola. Mediolani, apud Ioa. Anton. Caſtillioneum, 1545, in 4. Et Operis Veneti de Balneis, pag. 195.

PETRVS PAVLVS PEREDA, *Setabenſis*

In Michaëlis Ioannis Paſchalii Methodum curandi Scholia, exercentibus medicinam maxime utilia. Venetiis, apud Ciottum, & Lugduni, apud Horat. Cardon, 1602, in 8. Barcinonæ, 1579, in 8. Lugduni, 1600, in 8. Venetiis, apud Societatem, 1603, in 4. Lugd. apud Iac. Cardon, 1630, in 8. Huic editioni addita Diſputatio medica, An Cannabis & aqua, in qua mollitur, poſſint aërem inficere?

Commentaria ſex in lib. Cl. Galeni de Differentiis Morborum: de Cauſis Morborum: de Differentiis Symptomatum: de Symptomatum Cauſis.

Commentaria in primum & ſecundum lib. Gal. de Differentiis Febrium.

De Signis & cauſis morborum internorum fere omnium Diſputatio utiliſſima. Extant omnia hæc mſſ. in Bibliotheca noſtra.

PETRVS PAVLVS SIMONETA

Compendium totius Medicinæ. Francof. apud Wecheli hæredes, 1598, in 8. Venetiis, apud Mejettum.

PETRVS PENA

Nova ſtirpium adverſaria, perfacilis veſtigatio, luculentaque acceſſio ad Priſcorum præſertim Dioſcoridis, & Recentiorum, Materiam medi-

medicam. Additis Guilielmi Rondeletii aliquot remediorum formulis. Londini, apud Thom. Purfootium, 1571, in fol. Antv. apud Chriſtoph. Plantinum, 1570, 1576, in fol.

PETRVS de PERAMATO

De Elementis lib. unus. De Temperamentis lib. unus. De Spiritibus. De Facultatibus noſtrum corpus diſpenſantibus lib. unus. De Semine lib. unus. De Generatione lib. unus. De Conceptu in partum lib. unus. De Aſtrologia an ſit medico neceſſaria lib. unus. Conjunctim San Lucar de Barramede, apud Petrum Idiaſquo, 1576, 1590, in fol. apud Ferdinandum Diaz, 1596, in fol.

De Vacuandi ratione libri duo. Ibidem, tempore & forma iiſdem.

PETRVS PETITVS, *Medicus Pariſienſis*

De motu animalium ſpontaneo liber unus. In quo partim Ariſtotelis de hujus Motus principio ſententia illuſtratur, partim nova Muſculorum motus ratio indagatur. Pariſ. apud Claud. Cramoiſy, 1660, in 4.

PETRVS PHILIPPVS MELCHIODVS

De Profluvio ſanguinis ex alvo Conſilium, extat eo in opere quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4. pag. 222.

PETRVS PICHOT, *Andegavus*

De Rheumatiſmo, catharro, variiſque à cerebro deſtillationibus, & horum curatione libellus. Burdigalæ, apud S. Millangium, 1577, in 8.

PETRVS PIGRÆVS

Chirurgia cum aliis Medicinæ partibus juncta. Pariſ. 1609, in 8.

Epitome præceptorum medicinæ chirurgicæ, cum ampla ſingulis morbis convenientium remediorum expoſitione. Pariſiis, apud Viduam Marci Orry, 1612, in 8.

PETRVS PINTOR, *Valentinus, Hiſpanus. Medicus Alexandri* VI. *Pontificis. Vixit A. C.* 1492. *Iuſtus in Chronol. Med. c.*

Libellus Aggregator ſententiarum doctorum omnium de præſervatione & curatione peſtilentiæ intitulatus. Romæ, apud Eucharium Silber, 1499, in fol.

PETRVS POTERIVS, *Andegavenſis*

Opera omnia medica & chymica. Lugd. apud Io. Ant. Huguetan, 1645, in 8.

Pharmacopœa Spagirica, id eſt, nova & inaudita, rariora & efficaciſſima ad graviſſimos quoſque morbos remedia conficiendi ratio. Vna cum duabus Centuriis Curationum mirabilium, & Obſervationum inſignium, &c. Coloniæ, apud Matthæum Smitz, 1624, in 12. Bononiæ, apud Iacobum de Monte, & Carolum Zenerum, 1622, in 8. 1635, in 4. tertia parte aucta.

Inſignes Curationes, & ſingulares Obſervationes centum. In quibus varia morborum genera, eorum egregia propriaque remedia Therapeuticaque ratio explicantur. Venetiis, apud Ioan. Bapt. Ciottum, 1615, in 8. Colon. Agripp. apud Matthæum Smitz, 1625, in 12. Acceſſerunt huic editioni Henr. Cornelii Agrippæ Contra peſtem Antidotum haud vulgare. Itemque Conſilium contra Diarrhœam, clariſſimi cujuſdam olim & Electoris Colonienſis, & Principis Iuliacenſis Medici, Baroni cuidam datum.

De Febribus lib. II, cum tribus Centuriis inſignium Curationum: & Pharmacopæa Spagyrica. Bononiæ, 1643, in 4.

Inſignium Curationum, & Singularium Obſervationum Centuria ſecunda. Bononiæ, apud Nicol. Theobaldum, 1622, in 8. Coloniæ Agripp. apud Matthæum Smitz, 1625, in 12.

PETRVS RAVENNAS

Phœnix, ſeu Artificioſa memoria. Vicentiæ, apud Petrum Bartellum, 1600, in 4.

PETRVS REIDANVS, *Daventrienſis*

Querela Medicinæ Dogmaticæ. Extat cum Iacobi Curionis inſcripto Hermotimi nomine Dialogo. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1570, in 4.

PETRVS ROBINVS

De linguæ ulcere, Obſervatio rara. Extat cum Guil Fabr. Hildani Obſerv. Chirurg. Cent. IV. Oppenheimii, apud Ioan. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 44.

PETRVS SALIVS DIVERSVS, *Faventinus*

De Febre peſtilenti Tractatus; & Curationes quorundam particularium morborum, quorum tractatio ab Ordinariis Practicis non habetur: atque Annotationes in Artem Medicam de medendis humani corporis malis, à Donato Antonio ab Altomari Neapolitano conditam. Bononiæ, apud Ioan. Roſſium, 1584, in 4. Francof. apud hæredes Andr. Wecheli, 1586, in 8. Hardervici, apud Societatem, 1656, in 8.

Commentaria in Hippocratis libros quatuor de Morbis luculentiſſima. Quibus non ſolum difficilima Artis Medicæ capita explicantur: ſed Hippocratis quoque obſcuriora loca quamplurima ita enarrantur, ut, his delibatis, ad reliqua etiam ejuſdem ſcripta facilis lectori pateat aditus. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1602, in fol. apud Ioan. Treudelium, 1612, in fol. apud Ioa. Davidem Zumerum, 1646, in fol.

PETRVS SCHOTANVS

Speculum Luis peſtiferæ, in quo cauſæ, ſigna, accidentia, & curatio tam præſervativa, quam curativa ob oculos ponuntur. Holmiæ, apud Chriſtoph. Reuſnerum, 1621, in 8.

PETRVS SCHOTANVS STERRINGA, *Friſius*

Compendium ex Galeni libris, de Locis affectis conſcriptum. Franekeræ, apud Vldericum Dominici Balck, 1616, in 16.

PETRVS SCHRIVERIVS

Saturnalia ſive de uſu atque abuſu Tabaci. Extat apud Ioannis de Mediolano Scholam Salernitanam, in 12. Seorſim Harlemi, 1628, in 8.

PETRVS SERVIVS, *Spoletinus*

Inſtitutionum, quibus tyrones ad medicinam informantur libri tres. Ejuſdem Proluſiones duæ, ad inſtruendos inflammandoſque ad artem tyrones accommodatæ. Romæ, apud Bernardinum Tanum, 1638, in 12.

Diſſertatio de Vnguento armario ſive de Naturæ artiſque miraculis. Romæ, apud Dominicum Marciam, 1642, 1643, in 8.

Diſſertatio de Odoribus. Romæ, apud Franc. Caballum, 1641, in 8.

Prolu-

Proluſio Iatrophilologica, an Iuvenis eſſe poſſit abſolutus Medicus, & ad faciendam medicinam plane idoneus. Romæ.

De facultatibus Medico neceſſariis, utilibus, commodis. Ibidem.

PETRVS SEVERINVS, *Danus*

Idea Medicinæ Philoſophicæ, fundamenta continens totius doctrinæ Paracelſicæ, Hippocraticæ, & Galenicæ. Baſileæ, apud Sixtum Henric. Petri, 1571, in 4.

Epiſtola ſcripta Theophraſto Paracelſo: in qua ratio ordinis & nominum, adeoque totius Philoſophiæ adeptæ Methodus compendiose & erudite oſtenditur. Baſileæ, 1572, in 8.

PETRVS SIBYLLENVS

De Peſte liber abſolutiſſimus. Quo natura, cauſæ, ſigna, & curatio, inſertis multorum excellentium medicorum remediis, proponuntur. Pragæ, apud Georg. Melantrichium ab Aventino, 1564, in 4.

Concilia Medica, extant eo in opere quod Laurent. Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

PETRVS de SILENTO

Opus Chimicum. Extat Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

PETRVS de SPINA, *Aquiſgranenſis*

Hieron. Mercurialis Medicinæ Practicæ libros V edidit.

PETRVS STROMAIERVS.

Epiſtolæ quædam Medicæ, extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Norinbergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

PETRVS TALPA, *Stellincwervius Friſius*

Empiricus ſive Indoctus Medicus Dialogus. Exilium Empiricorum brevi elegia Satyrica Sale condita deſcriptum. Leovardiæ, 1579, in 8.

PETRVS TRAPOLINVS, *Patavinus*

De Morbo Gallico tractatus. Extat tomo II Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 44.

PETRVS TOLETVS, *Medicus domus Hoſpitalitatis Lugdunenſis in Gallia. Vixit A. C. circiter* 1534. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Appendices ad opuſculum Pauli Bagellardi de Morbis puerorum. Lugduni, apud Germanum Roſe, 1538, in 8.

PETRVS TVSSIGNANO

Compoſitiones & remedia ad pleroſque omnes affectus & morbos ſanandos. Lugduni, 1587, in 12.

Liber de Balneis Burmi, in quo non ſolum aquarum vires, & medicinæ, ſed earum quoque exhibendarum canones explicantur. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 194.

Receptæ ſuper Nono Almanſoris. Extant cum Sillani expoſitione Almanſoris, Venetiis, apud Otinum Papienſem de Luna, 1497, in fol.

Index ſuper Expoſitionem Petri de Apono. Problematum Ariſtotelis. Vid. Autorem de Apono, cum Auctario Ioach. Camerarii. Expoſita eodem metro verſuum Latinorum à Gregorio Bersmanno Annæbergenſi, apud Hieron. Commelinum, 1596, in 8. Extant eodem modo.

PETRVS de TVXIGANO, *Bononienſis, Medicinæ Monarcha*

Tractatus de Regimine ſanitatis. Pariſiis, apud Ioannem Bignon, 1539, in 16. Pariſiis, apud Petrum Sergant, 1540, in 12.

PETRVS VAEZIVS, *Luſitanus*

De Epidemia peſtilenti liber unus. Valentiæ, apud Petrum Patritium Mey, 1601, in 8.

Commentarius Medicus multa rei Medicæ ſubobſcura lucidans, & à plurimis Neotericorum calumniis probatæ doctrinæ auctores defendens. Accedit etiam medicamentorum compendium primatum obtinentium ad varias affectiones, ex claſſicis auctoribus. Mantuæ Carpentariæ, apud Alphonſum Gomeſſium, 1576, in 4.

Apologia contra Praxin Donati Antonii ab Altomari. Mantuæ Carpentariæ, apud Didacum Lopes, 1582, in 8.

De Scopis mittendi ſanguinem liber unus. Valentiæ, apud Petrum Patritium Mey, 1601, in 8.

PETRVS VALERIVS

De incolumitate diu ſervanda, & de humanæ mentis immortalitate. Venetiis, 1627, in 8.

PETRVS VASCVS CASTELLVS, *Luſitanus, Philoſophus & Medicus. Floruit circa A. C. 1616. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.*

Exercitationes Medicinales ad omnes Thoracis affectus, decem tractatibus abſolutæ. Quorum primus, de Angina. Secundus, de Tuſſi. Tertius, de Aſthmate. Quartus, de Sanguinis ſputo. Quintus, de Pleuritide. Sextus, de Peripneumonia. Septimus, de Empyeumate. Octavus, de Phthiſi. Nonus, de Cordis palpitatione. Decimus, de Syncope. Quibus perquam multæ novæ difficultates Medicæ, ac Phyſicæ, tam Theoricæ, quam Practicæ diſcutiuntur, & pæne innumera Hippocratis, Galeni, aliorumque Medicinæ Procerum loca pugnantia conciliantur, difficilia explanantur, & ad uſus medicos reducuntur. Toloſæ, apud Ioan. Petrum Charlot, 1616, in 4.

PETRVS de VEGE, *Sabaudus*

Peſtis præcavendæ & curandæ Methodus certiſſima.

Pax fidiſſima, & probatiſſima Methodicorum, ſeu Galenicorum cum Spagiricis, de Medicinæ pura veritate. Huic acceſſit Gemmula de Epilepſiæ, Podagræ, Hydropis, & Lepræ curatione, cum medicamentorum deſcriptione. Lugduni, apud Barthol. Vincentii, 1619, in 8. Ibidem, 1620, in 12. Genevæ, 1628, in 12.

PETRVS VERDERIVS, *Venetus*

De Morborum ac Symptomatum occultis manifeſtiſve cauſis Diſputatio. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1600, in 4.

PETRVS VFFENBACHIVS

Theſaurus Chirurgicus, continens præſtantiſſimorum Autorum opera Chirurgica. Nempe

Ambroſii Paræi, Pariſienſis.
Ioannis Tagaultii, Ambiani Vimatii.
Iacobi Hollerii, Stempani.
Mariani Sancti Barolitani.
Angeli Bolegnini.
Michaëlis Angeli Blondi.
Alphonſi Ferri, Neapolitani.
Iacobi Dondi.
Fabritii Hildani.

In

In quo perfectiſſima tumores præter naturam, Vulnera, Vlcera, Luxationes & Fracturas curandi ratio traditur, cum humani corporis, ſingularumque partium exactiſſima Anatome, & aliorum Affectuum curationibus, raris obſervationibus & variis medicamentis Chirurgicis. Francôfurti, apud Iacob. Fiſcherum, 1590, in fol. Ibid. 1610, in fol.

Diſpenſatorium Galeno-Chymicum, continens I. Ioannis Renodæi inſtitutionum pharmaceuticarum lib. v. De materia Medica lib. III. Antidotarium. II, Ioſephi Quercetani Pharmacopæam Dogmaticorum reſtitutam; reviſum & locupletatum. Francof. apud Ioh. Theobaldum Schönwetterum, 1631, in 4.

Barth. Montagnanæ ſelectiora opera reviſit, relegit, locupletavit.

Bened. Victorii Practicam magnam emaculavit & reviſit.

Bernhardini Gomeſii lib. IV de Sale Philoſophico Empirico Medico, Geniali, Myſtico, reviſit & in certa capita diſtinxit.

Ferdin. Roder. Cardoſi libellum, De ſex Rebus non-naturalibus emendatiorem edidit.

Gabr. Ferraræ Sylvam Chirurgiæ, ex Italico, in Latinum vertit.

Herculis Saxoniæ Pantheum Medicinæ ſelectum edidit. Francof. apud Palthenium, 1603, in fol.

Epiſtolæ binæ de Acidulis Schwalbacenſibus, extant cum Reſponſis Medicis quæ edidit Helvicus Dietericus, Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4, pag. 46.

Diſp. binæ de Generatione & Interitu. Argentorati, 1591, in 4.

PETRVS VIETOR

Epiſtola de Acidulis Schwalbacenſibus, & hiſtoria ſectionis corporis muliebris, ſive Inteſtinis inventi. Extat cum Reſponſis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4, pag. 42.

PETRVS VICTORIVS

Explicationes ſuarum in Catonem, Varronem, Columellam de Re ruſtica Caſtigationum. Pariſiis, apud Robertum Stephanum, 1543, in 8.

PHILANDER COLVTIVS, *Veliternus*

De Vteri querimoniis. Romæ, apud Nicolaum Mutium, 1599, in 8.

PHILAGRIVS, *Lycius Macrenſis, vel Epirota genere, Naumachii Diſcipulus, Theſſalonicæ ſectæ, claruit ſub Conſtantino* II. *Cæſare, A. C.* 352. *VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medicorum.*

Fragmenta varia, extant apud Aëtium Amidenum; ſcilicet,

Purgatorium atræ bilis, tetrab. 1, ſerm. 3, cap. 103.

Aloedaria emollientia ex roſaceo melle, ibid. cap. 105, 166.

De colliquatione, tetrab. 2, ſerm. 1, cap. 90.

De lienis affectionibus cognoſcendis, tetrab. 3, ſerm. 2, cap. 7.

Diæta eorum quibus renes è lapide laborant, reliqui vero totius corporis habitus gracilis eſt, tetrab. 3, ſerm. 3, cap. 8.

De Seminis in ſomnis profluvio, ibid. cap. 34.

De ganglio, tetrab. 4, ſerm. 3, cap. 9.

Vnctiones ad uteri ſuffocationes, varia auxilia ad uteri ſtrangulationem, cap. 70, 71.

PHILARETUS

De Pulſuum ſcientia libellus, Albano Torino interprete. Addito Theophili de Exacta retrimentorum veſicæ cognitione, commentariolo. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1533, in 8.

PHILEMON HOLLANDUS

Bricii Bauderoni Pharmacopœam, è Gallico, in Latinum vertit.

PHILETES

De Animalium proprietate verſus jambici. Venetiis, 1533, in 8. Græce, cum Arſenii Monembaſiæ Archiepiſcopi Præfatione ad Carolum V. Græco-Latine, pag. 210, tomi II Operis Poëtarum Græcorum veterum, Tragicorum, &c. edit. Genevæ, apud Petrum de la Roüiere, 1614, in fol.

PHILIBERTUS GUIBERTUS, *Pariſienſis*

Medici officioſi opera. Pariſiis, apud Viduam Th. Pepingue, 1649, in 8.

Index tractatuum, qui in hoc Volumine continentur, cum nominibus Authorum.

I. Medicus officioſus, eſt D. Guiberti. pag. 1.
II. Pretium Medicamentorum. D. Guiberti. pag. 71.
III. Pharmacopæus familiaris & domeſticus D. Guiberti. pag. 124.
IV. De electione & facultatibus medicamentorum, D. Guiberti. pag. 258.
V. De Sena, D. Anton. Mizaldi. pag. 279.
VI. Modus parandi quaslibet Galatinas, D. Guiberti. pag. 293.
VII. De Conditis, D. Guiberti. pag. 305.
VIII. De Valetudine tuenda, D. Guidonis Patini, Doct. Medici Pariſienſis. pag. 341.
IX. Quæſtio.

Medicus Domeſticus, ſeu Medicina charitativa, facilem minimeque ſumtuoſam ad pleroſque omnes morbos remediorum confectionem docens. Coloniæ Agripp. apud Petrum à Brachel, 1628, in 12.

PHILIBERTUS MARCHINUS

Problemata de Peſte. Florentiæ, 1633, in 4.

PHILIBERTUS SARAZENUS

De latis lumbricis Hiſtoria. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſervat. Chirurg. Cent. II. Genevæ, apud Petrum Choüet, 1611, in 8, pag. 268. Francof. 1646, in fol.

De Notis Bezaar Epiſtola, extat cum ejuſdem Obſervat. Cent. IV. Oppenheimi, apud Ioa. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 66.

De Vomitu admirando, & fere quotidiano, cum aliis graviſſimis ſymptomatibus, qui ultra annos triginta duravit. Extat ibidem, pag. 76, 85.

PHILIPPUS BECHIUS

Ioa. Bapt. Montani Conſultationes in congruum ordinem congeſſit, & in III. partes diſtribuit.

PHILIPPUS BEROALDUS

De Terræmotu & Peſtilentia liber, cum Annotamentis Galeni. Addita eſt explicatarum in Annotamentis Galeni dictionum Tabula. Argentorati, apud Matthæum Schurerium, 1510, in 4.

De-

Declamatio, An Orator ſit Philoſopho, & Medico anteponendus. Pariſiis, apud Thielmannum Kerver, 1500, in 4.

PHILIPPVS DOVTE, *Pariſienſis*

De ſucco Cyreniaco Diatriba. Pariſ. apud Nicol. Boiſſet, 1658, in 4.

PHILIPPVS FINELLA

De Metopoſcopia libri tres. Antverpiæ, 1648, in 8.

Ejuſdem, Nævorum libri tres. Ibid. 1648, in 8.

Ejuſdem, De Quatuor Signis, quæ apparent in unguibus manuum. Ibid. 1649, in 8.

PHILIPPVS FLESSELLIVS

Chirurgia. Pariſiis, apud Petrum Drovard, 1553, in 16.

PHILIPPVS à GABELLA

Secretioris Philoſophiæ Conſideratio brevis, una cum Confeſſione Fraternitatis R. C. Caſſellis, apud Guilhelmum Weſſelium, 1615, in 4.

PHILIPPVS GÆRINGVS, *Trudonopolitanus*

Fontium acidorum pagi Spa, & ferrati Tungrenſis accurata deſcriptio, ex Gallica Latina facta à Thoma Rictio, cujus & acceſſerunt in deſcriptionem & ſuper natura & uſu eorundem fontium obſervationes. Leodii, apud Henricum Hovium, 1592, in 8.

PHILIPPVS GRVLINGIVS, *Stolbergenſis*

Florilegium Chymicum, hoc eſt, Libellus inſignis de quorundam medicamentorum Chymicorum, utpote, Eſſentiarum, Magiſteriorum, Extractorum, Salium, Tincturarum, Florum, Crocorum, Oleorum, Spirituum, Fœcularum, Balſamorum, Aquarum, Pulverum, &c. vera Præparatione, recto Vſu, & certa Doſi, multis Exemplis, obſervationibuſque illuſtratus, & tali ordine diſpoſitus, ut in curandis morbis cuilibet Medico cumulate ſufficiat. Lipſiæ, apud Gothofr. Groſſium, 1631, in 12. apud hæredes Groſſii, 1644, in 4.

Curationem Dogmatico-Hermeticarum, in certis locis & notis perſonis optime expertarum & rite probatarum Centuria prima. Lipſiæ, apud hæredes Godefr. Groſſii, 1638, in 8.

PHILIPPVS GVIBERTVS

Medici officioſi opera. Pariſiis, 1649, in 8.

PHILIPPVS HARTZIVS

De cauſſis contemptæ Medicinæ liber. Montib. Hannoniæ, in 8.

PHILIPPVS HARDVINVS

Codex medicamentorum, ſeu Pharmacopœa Pariſienſis. Pariſiis, apud Olivarium de Varennes, 1639, 1645, in 4.

PHILIPPVS HECHSTETTERVS, *Auguſtanus*

Mercurii Botanici pars altera, ſive plantarum gratia ſuſcepti itineris in Cambriam ſive Walliam deſcriptio, exhibens reliquarum ſtirpium noſtrarum, quæ in priori parte non enumerabantur, Catalogum. Londini, 1641, in 8.

THOMAS IORDANVS, *à Clauſoburgo*

Peſtis Phœnomena, ſeu de iis, quæ circa febrem peſtilentem apparent, Exercitatio. Accedit Bezoar Lapidis deſcriptio, & ejuſdem auctoris ad Laur. Iouberti Paradoxon VII, Decadis II, Reſponſio. Francof. apud Andr. Wechelum, 1576, in 8.

Reſponſio ad Laurentii Iouberti Medici Monſpeſſulani Paradoxum VII, Decadis II. Extat tomo II Operum ejuſdem Iouberti pag. 30. edit. Francof. apud hæredes Andr. Wecheli, 1599, in fol.

Brunno Gallicus, ſeu Luis novæ in Moravia exortæ deſcriptio. Francof. apud Andr. Wechelum, 1577, in 8. Ibid. 1583, in 8.

De Aquis Medicatis Moraviæ Commentariolus. Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1586, in 8.

Conſilia Medica, extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

THOMAS LINACER, *Anglus. Medicinæ Profeſſor utraque lingua Oxoniæ & Cantabrigæ doctiſſimus, ſub Ludovico* XII. *Gallorum Rege. Obiit A. C.* 1524. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Galeni lib. III. de Temperamentis interpretatus eſt, cum diligenti recognitione. Item, Ejuſdem, De Pulſuum Vſu. Item. Libros III. de Naturalibus facultatibus. Item. De Sanitate tuenda libros VI. Item,

De

De Symptomatum Differentiis; Eorum cauſis. De inæquali Intemperie, Libros XIV. Methodi medendi.

THOMAS LYDIAT

Prælectio Aſtronomica de natura & conditionibus cœli, Elementorumque. Ejuſdem de origine fontium frigidorum & calidorum. De ortu & cauſis plerorumque omnium ſubterraneorum atque etiam æſtus & ſalſedinis maris nec non diluvii univerſalis. Londini, apud Ioannem Bill, 1605, in 8.

THOMAS MORESINVS, *Aberdonanus Scotus*

De Metallorum cauſis & tranſmutatione, contra Chymicos noſtri temporis, liber. Francof. apud Ioa. Wechelum, 1593, in 8.

THOMAS MOVFETVS, *Londinas*

De jure & præſtantia Chymicorum medicamentorum Dialogus apologeticus. Francof. apud Wechelum, 1584, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1623, in 8, pag. 70.

Noſomantica Hippocratica, ſeu Hippocratis Prognoſtica cuncta, ex omnibus ipſius ſcriptis methodice digeſta, à mendis atque tautologia pene infinitis repurgata, & majore quam antea ſtudio, & ordine digeſta. Francofurti, apud Wecheli hæredes, 1588, in 8.

Inſectorum, ſive Minimorum Animalium Theatrum, olim ab Edoardo Wottono, Conrado Geſnero, Thomaque Pennio inchoatum: tandem Autoris opera ſumptibuſque maximis concinnatum, auctum, perfectum: & ad vivum expreſſis Iconibus ſupra quingentis illuſtratum. Londini, apud Thomam Cotes, 1634, in fol.

Epiſtolæ variæ Medicæ, extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. pag. 529, & ſeqq. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8, pag. 90.

THOMAS NORTON, *Anglus*

Crede mihi, ſeu Ordinale ante annos CXL ſcriptum, nunc ex Anglicano manuſcripto in Latinum tranſlato. Extat cum Tripode aureo à Michaële Majero edito Francof. apud Lucam Iennifium, 1618, in 4.

THOMAS PHILOLOGVS, *Ravennas*

De Vita hominis ultra centum viginti annos producenda, liber elegantiſſimus. Venet. apud Andr. Arrivabenum, 1560, in 4.

De Modo Collegiandi. Venet. apud Andr. Arrivabenum, 1565, 1574, in 4.

De Microcoſmi affectuum, maris, fœminæ, hermaphroditi, gallique miſeria. Venet. apud Petrum de Franciſciis, 1575, in 8.

De vita Venetorum commoda conſilium. Venet. 1558.

Malum Gallicum, Depilativam. Vnguitivam. Dentativam. Nodos. Vlcera. Vitia quæque, affectus, & rheumata, uſque ad contortos ſanans. Ligni Indici, aquæ, vini, ſublimati, Cynæ, Spartæ parillæ, Hyſan, Hetechen. Caravalgii altar. Mechoacan. Antimonii. Vnctionis. Ceroti. Suffumigii. Præcipitati. Seminis Indi, ac additorum Mundi novi, & reliquorum Modos omnes, & facultates explicat. Venet. 1538, in 4. 1545, in 8. apud Petrum de Franciſciis, 1575, in 8.

THOMAS RAWLIN

Admonitio Pſeudochymicis, ſeu Alphabetarium Philoſophicum, in quo D. Antonii Aurum potabile obiter refutatur, & genuina veri auri potabilis præparatio proponitur. Francof. apud Commelinum, 1611, in 8.

THOMAS REINESIUS, *Gothanus*

De vaſis umbilicalibus, eorumque ruptura obſervatio ſingularis. Lipſiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1624, in 4.

Chymiatria. Geræ Ruthenicæ, 1624, in 4.

Variarum lectionum libri tres priores. Altemburgi, 1640, in 4.

Defenſio variarum lectionum. Roſtochii, 1653, in 4.

THOMAS RICHTIUS

Philippi Gæringi Fontium acidorum Spadanorum, & Ferrati Tungrenſis deſcriptionem Gallicam, Latine expoſuit.

THOMAS RODERICUS à VEIGA, *Eborenſis Medicus. Inclaruit ſcriptis jam ſenior, A. C. 1562. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.*

Opera omnia in Galeni libros edita, & commentariis in partes novem diſtinctis, expreſſa, quibus nodi difficultatum in Medicina frequentes ſolvuntur, claſſicorumque medicorum controverſiæ, veritatis lima expenduntur. Lugduni, apud Petrum Landry, 1594, in fol. Genevæ, apud Ioan. Lertout, 1586, in fol.

Librorum ſingulorum Galeni materia, toto hoc opere contenta:

In libros tres Artis Medicæ.
- I. De Finitionibus humanorum omnium affectuum.
- II. De Signis medicis.
- III. De Cauſis ſalubribus, inſalubribus, neutris.

In libros ſex de Locis affectis.
- I. Quomodo affectæ particulæ poſſint diſcerni.
- II. De generibus Dolorum.
- III. De Capitis affectibus.
- IV. De Faciei & Pectoris affectibus.
- V. De Cordis & Thoracis affectibus.
- VI. De poſtremis partibus affectis.

In libros duos de Febrium differentiis.
- I. De Febribus ſimplicibus omnibus.
- II. De ſolis humoralibus & putridis.

Seorſim extant:

Commentarii in libros Claudii Galeni duos, de Febrium differentiis. Conimbricæ, apud Ioannem Barrerium, 1578, in 4.

THOMAS SAGITTARIUS

Phyſicorum Ariſtotelico-Scaligereorum pars prior & poſterior. Ienæ, 1624, in 8.

THOMAS SOMMENTIUS, *Cremonenſis*

De morbis qui per finitimos populos adhuc graſſantur, & num ad peſtilentes referendi ſint, poſt prima reſponſa Mantua allata brevis Diſputatio. Cremonæ, apud Chriſtoph. Draconium, 1576, in 4.

THOMAS TIGEON, *Andegavenſis*

Antimæologicum, quo demonſtratur obſtetricibus non eſſe tantum fidendum de virginitate, aut defloratione mulieris adulteræ teſtimonium ferentibus. Lugd. apud Petrum Rouſſin, 1574, in 8.

THO-

THOMAS WARTHONVS, *Londinenſis*

Adenographia, ſive Glandularum totius corporis deſcriptio. Londini, apud I.G. 1656, in 8. Amſtelædami, apud Ioan. Ravenſtein, 1659, in 12.

THOMAS WILLIS, *Oxonienſis*

Diatribæ duæ Medico-Philoſophicæ. I, De Fermentatione, ſeu de motu inteſtino particularum, in quovis corpore. II, De Febribus, ſive, De motu earundem in Sanguine Animalium. Acceſſit Diſſertatio Epiſtolica de urinis. Hagæ-Comitis, apud Adrian. Vlacq, 1659, in 8. Londini, 1660, in 12.

TIBERIVS

De Mulomedicina capita aliquot, extant inter Veterinariæ Medicinæ ſcriptores, qui editi ſunt Græce quidem Baſileæ, apud Ioan. Valderum, 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione Ioannis Ruellii, Pariſiis, apud Simonem Colinæum, 1530, in fol.

TIMANNVS GESSELIVS, *Vltrajectinus*

Calculorum ingens multitudo. Veſicæ ſuperficies cruſta lapidea obducta. Calculus perforatus. Calculi admiranda magnitudo, Epiſtola. Extat cum Ioan. Beverovicii lib. de Calculo, Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

TIMOTHEVS BRIGTHVS, *Cantabrigienſis*

Hygieine, ſeu de Sanitate tuenda Medicinæ pars prima. Francof. apud Ioan. Wechelum, 1588, in 8. apud Palthenium, 1598, in 16.

Therapeutica, hoc eſt, de Sanitate reſtituenda Medicinæ pars altera. Francof. apud Ioan. Wechelum, 1589, in 8. apud Palthenium, 1598, in 16.

TIMOTHEVS WILLISIVS, *Londinas*

Propoſitiones tentationum ſive propædeumata de Vitis & fœcunditate compoſitorum naturalium: Quæ ſunt elementa Chymica. Animæ rationali ſane ſapienti, Genio lectoris dicta, dicata. Londini, apud Iohannem Legatt, 1615, in 12. Ibid. 1618, in 8.

TOBIAS ADAMI

Thomæ Campanellæ, de Senſu rerum recenſuit, & evulgavit.

TOBIAS ALDINVS, *Ceſenas*

Exactiſſima deſcriptio Rariorum quarundam Plantarum, quæ continentur Romæ in Horto Farneſiano. Romæ, apud Iacobum Maſcardi, 1625, in fol.

TOBIAS COBERVS

Obſervationum Caſtrenſium & Vngaricarum Decas prima. Auſtriaca. Francof. apud Palthenios, 1606, in 8.

Obſervationum Caſtrenſium & Vngaricarum, Decas ſecunda. Sileſiaca. Ibidem eodem anno, & forma.

TOBIAS DORNCREILIVS

Diſpenſatorium novum, continens deſcriptiones & uſum præcipuorum medicamentorum, ab eodem pro Senatus Lunæburgenſis officina ordinatorum, & felici cum ſucceſſu ægrotis propinatorum. Cui acceſſit propter materiæ cognationem ejuſdem auctoris Tractatus de Purgatione. Vlyſſeæ, 1600, in 4. Hamburgi, apud Probenium, 1603, 1604, in 12. Lipſiæ, 1623, in 12. Ienæ, apud Chriſtianum à Saher, 1645, in 12. Huic

editioni acceſſit quoque Taxa medicamentorum omnium pene quotquot reperibilium atque in Officina venalium.

Ioa. Stockeri Empiricam edidit.

Medulla totius Praxeos Medicæ Aphoriſtica. Erfurti, 1656, in 4.

De Purgatione Tractatus. Hamburgi, 1604, in 12.

TOBIAS KNOBLOCHIVS, *Marcobrettanus*

Diſputationes Anatomicæ, & Pſychologicæ, recens editæ, & plurimis in locis locupletatæ, figuris etiam variis & novis illuſtratæ, additis humani corporis affectibus præcipuis. Onoltzbachii, apud Paulum Helwigium, 1608, in 4. 1612, in 8. Lipſiæ, 1612, in 8.

De Cerebri Vulnere; & de Scirrho uteri in prægnante, Epiſtola, extat cum Greg. Horſtii Obſervat. medicinal. ſingular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 495.

Hippocratis Coi Aphoriſmi Græco & Latino Sermone expreſſi, breviter & nervoſe ſecundum rationis & experientiæ ductum enodati. Noribergæ, apud Wolfgangum Enterum, 1641, in 8.

TOBIAS KOBERVS

De Lacte & Pultibus quibus infantes paſſim ſuſtentantur. Gorlicii, 1593, in 8.

TOBIAS LVDOVICVS KOHLHAAN

Literæ de Spiritu animali ad Ioannem Danielem Horſtium, 1658, in 8.

TOBIAS PIRIBACHIVS, *Viennenſis*

Conſultatio Medica de curando Melancholico. Extat Orationum Argentinenſium tomo I, pag. 516, edit. Argentorat. apud Laz. Zetznerum, 1611, in 8.

TOBIAS ROELSIVS

De certis quibuſdam Plantis Epiſtola. Extat cum Caroli Cluſii Rariorum Plantarum Hiſtoria. Antverpiæ, apud Ioan. Moretum, 1601, in fol.

TOBIAS TANDLERVS

Diſſertationes Phyſicæ-Medicæ: I, De Spectris, quæ vigilantibus obveniunt. II, De Faſcino, & Incantatione. III, De Melancholia, & hujus amolitione. IV, De Melancholicorum vaticiniis, aliiſque mirandis operibus. V, De Noctiſurgio. Quibus acceſſerunt non minus deſideratæ D. Hieronymi Nymanni de Imaginatione, Oratio: & D. Martini Biermanni de Magicis actionibus ἐξέτασις. Witebergæ, apud Zach. Schurerum, 1613, in 8.

TOBIAS WHITAKERVS

De Vvæ ſanguine, natura & uſu. Francofurti, apud Wolfgangum Hoffmannum, 1655, in 8. Hagæ Comitis eodem anno & forma.

TOLETANVS

Roſarium Philoſophorum ex compilatione omnium Philoſophicorum librorum. Extat Volumine tertio Theatri Chemici, & cum Tractatibus ſeptem de Lapide Philoſophico à Iuſto à Balbiam editis Lugduni Batavor. apud Chriſtoph. Raphelengium, 1599, in 8.

TRICASSVS CERASARIENSIS, *Mantuanus*

Enarratio principiorum Chiromantiæ. Ex qua facilime patere poſſunt

ſunt omnes ſignificationes quorumcunque Signorum Chiromanticorum. Ejuſdem Opus Chiromanticum abſolutiſſimum. Item Chiromantia incerti Autoris. Opera Balduini Ronſſei Gandavenſis in lucem edita, cum ejuſdem in Chiramanticen brevi Iſagoge. Noribergæ, apud Ioan. Montanum, & Vlricum Neuberum, 1560, in 4.

TROTVLA, *quæ & EROTIS*

Curandarum ægritudinum Muliebrium ante, in & poſt Partum liber unicus, nuſquam antea editus, quo fœminei ſexus accidentes morbi & paſſiones, infantum & puerorum à partu cura, nutricis delectus, ac reliqua iiſce adnata, diſpoſitiones utrique ſexui contingentes, experimenta denique variarum ægritudinum, cum quibuſdam medicamentis decorationi corporis inſervientia, edocentur. Extat cum Medicis Antiquis Latinis, Venetiis, apud Aldi Filios, 1547, in fol. pag. 71.

TVRA de CASTELLO, *Bononienſis*

Recepta Aquæ Balnei de Porrecta. Extat Operis Veneti de Balneis pag. 46. & Venetiis, apud Bernardinum Venetum de Vitalibus, 1519, in fol. cum Chirurgia Guidonis, Bruni, Rolandi, &c.

TVRRISANVS de TVRRISANIS, *alias* DRVSIANVS *Florentinus, Plus-quam-Commentator dictus propter ſubtilitates & argutias. Auditor & Diſcipulus Thaddæi, Claruit ſecundum Trittemium A. C.* 1300. *Gaſſarum vero, A. C.* 1343. *Obiit Bononiæ octogenarius. VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Pluſquam-Commentum in Parvam Galeni Artem. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1504, in fol. apud Iuntas, 1543, 1557, in fol. cum duplici textus interpretatione, antiqua ſcilicet & Leoniceni, & ejuſdem libello de Hypoſtaſi, Opus utile, quod olim Iul. Martianus Rota pluribus auxit & emendavit: nunc vero additis quibuſdam ad eandem rem pertinentibus recognitum, atque aptius exornatum. Ea autem ſunt: Hali, qui eandem Galeni Artem primus expoſuit. Ioannitii ad eandem Introductio. Gentilis, qui primum ejuſdem Artis librum partim explicando, partim dubitando declaravit. Nicolai Leoniceni quæſtio de tribus doctrinis, in capita diviſa. Turiſani in Artem parvam Expoſitio Mss. extat in noſtra Bibliotheca.

TVSSANVS DVCRETVS, *Cabilunenſis*

De Arthritide vera aſſertio, ejuſque curandæ methodus, adverſus Paracelſiſtas. Lugduni, apud Barth. Vincentium, 1575, in 8.

Commentarii duo: unus, de Febrium cognoſcendarum & curandarum ratione: alter, de earundem Criſibus. Lauſannæ, apud Franc. le Preux, 1578, in 8.

V.

VALENTINVS de ANDOSILLA

De Peſte. Pamplonæ.

VALENTINVS ANDREAS MÖLLENBROCK

Medulla totius Praxeos Medicæ Aphoriſtica, ex monumentis excellentiſſimorum medicorum extracta. Erffurti, typis Armſtadio-Smidianis, 1656, in 4.

VALEN-

VALENTINVS CARCHESIVS

Epiſtola unica. Extat in ciſta Medica Ioannis Hornungi.

VALENTINVS EMERICVS, *Cervimontanus*

De Hernia Diſputatio. Extat Decade IV Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1620, in 4.

VALENTINVS ESPICH

De Errore externo Oratio & Quæſtio, addita Diſputatione de Melancholia cum gradus Doctoris aſſignaretur Ioſepho Stubendorff. Witebergæ, apud Zachariam Lehmannum, 1591, in 4.

VALENTINVS IVNIOR

Obſervatio admiranda de ejectione membranarum ſanguinolentarum per ſeceſſum, formam Viperæ referentium. Venetiis, 1621, in 8.

VALENTINVS LVBLINVS, *Polonus*

Ioan. Baptiſtæ Montani varia Opuſcula collegit. Vid. Autorem.

VALENTINVS POLIDAMVS, *Claruit circa A. C. 1526. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Libri aliquot de Re medica. Nempe, de Pulſibus, cum propriis, & dilucidis interpretationibus, lib. I. De Vrinis, lib. II. De Capitis dolore, cum experimentis & adhortationibus ad ægrum. Medicinæ Encomium. Epiſtolarum libellus. Baſileæ, apud Robertum Winter, 1540, in 8.

VALENTINVS RYLANDVS, *Suevo-Lavinganus*

De Cancro graviſſimo Linguæ Obſervatio. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſerv. Chirurg. Cent. III. Oppenheimii, apud Ioa. Theod. de Bry, 1614, in 8, pag. 349.

De Procreatione Hominis & Procreantis matris purgatione, Diſputatio. Extat Decade I Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1618, in 4.

VALENTINVS VALENTINIVS

Apologia, ſuam Pilularum compoſitionem bonam eſſe. Anconæ, 1589, in 4.

VALERIANVS CENTANNIO, *Vicentinus*

Galeni, de Parvæ Pilæ exercitio interpretatus eſt.

VALERIVS BALDVTIVS, *Mondulfenſis*

Tumorum omnium præternaturalium curandorum Methodus; nec non Febrium putridarum curandarum ratio, in quatuor diſtincta libros. Venetiis, apud Thom. Balionum, 1612, in 4.

De Putredine libri duo. Vrbini, apud Raguſios, 1608, in 4.

VALERIVS CHARSTADIVS, *Stetinenſis Pomeranus*

Diſputationes Medicæ tredecim, in auguſtiſſima & perinclyta Argentoratenſium Vniverſitate, conſenſu ampliſſimæ facultatis Medicæ propoſitæ. Argentorati, apud Ioſephum Rihelium, 1626, in 4. Ibidem, 1634, in 12.

Synopſis univerſæ Medicinæ dogmaticæ brevi & perſpicua methodo in duodecim diſputationibus adumbrata. Argentorati, apud Eberhardum Welperum, 1634, in 12.

VALERIVS CORDVS, *Simeſuſius, Filius Euricii Cordi. Doctiſſimus Iuvenis in re Medica, & Simplicium Medicamentorum & Herbarum hactenus ignoratarum*

ratarum unicus Reparator & Explorator, noſtra memoriâ. Immaturâ morte extinctus eſt Romæ A. C. 1544, ætatis 29. d. 25 Septemb. Iuſtus in Chronol. Medic.

Annotationes in Pedacii Dioſcoridis Anazarbæi de Medica materia libros quinque. Hiſtoriæ ſtirpium libri quatuor poſthumi, nunc primum in lucem editi, adjectis etiam ſtirpium iconibus, & breviſſimis Annotatiunculis. Sylva, qua rerum foſſilium in Germania plurimarum, Metallorum, Lapidum, & ſtirpium aliquot rariorum notitiam breviſſime perſequitur, nunquam hactenus viſa. De Artificioſis extractionibus liber. Compoſitiones medicinales aliquot non vulgares. His accedunt, Stochornii & Neſſi in Bernatium Helvetiorum ditione montium, & naſcentium in eis ſtirpium deſcriptio Benedicti Aretii. Item, Conradi Geſneri de Hortis Germaniæ liber recens, una cum deſcriptione Tulipæ Turcarum, Chamæceraſi montani, Chamæmeſpili, Chamænerii, Conizoidis. Omnia ſtudio Conradi Geſneri collecta, & præfationibus illuſtrata. Tiguri, apud Andr. Geſnerum, 1561, in fol.

Diſpenſatorium Pharmacorum omnium, quæ in uſu potiſſimum ſunt. Ex optimis Auctoribus, tam recentibus, quam veteribus, collectum, ac Scholiis utilibus illuſtratum, in quibus imprimis ſimplicia diligenter explicantur. Norimbergæ, apud Ioa. Petrejum, 1535, in 8. Pariſiis, apud Iac. Gazellum, 1548, in 12. Antwerpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1568, in 16. Cum Petri Coudenbergii Scholiis & correctionibus. Norimbergæ, apud Lochnerum, 1592, in fol. apud Paulum Kaufmannum, 1598, 1612, in fol. Opera & ſtudio Collegii Medici inclytæ Reipubl. Noribergenſis, emendatius, ac ſelectis compoſitionibus auctius publicatum. Lugduni Batav. apud Ioan. Maire, 1627, in 12. cum Petri Coudenbergii & Matthioli & Lobelii Scholiis, emendationibus, & auctariis. Acceſſit hac editione, præter Guiliel. Rondeletii de Theriaca tractatum emendatiorem; & formulas ſelectiorum pharmacorum, quorum poſt Val. Cordum uſus paſſim receptus eſt, auctiores; alius Franciſci Diſſaldei ejuſdem argumenti libellus.

De Haloſantho, ſeu Spermate ceti vulgo dicto, liber. Extat cum Opere de Omnium foſſilium genere, à Conr. Geſnero edito Tiguri, apud Iacobum Geſnerum, 1565, in 8.

Epiſtola ad Andr. Aurifabrum de Trochiſcorum Viperinorum adulteratione. Extat eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francofurti, apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. pag. 534.

Stirpium deſcriptionis liber quintus, quas in Italia ſibi viſas deſcribit, in præcedentibus vel omnino intactas vel parcius deſcriptas, à morte præventus perficere non potuit. Argentorati, 1563, in fol.

VALERIVS MARTINIVS, *Venetus*

Totius Medicinæ practicæ exactiſſima collectio. In qua tria inſunt promptuaria, nempe Promptuarium cujuſlibet eductionis ſanguinis recte agendæ. Promptuarium ſingulæ vacuationis cacochymicæ recte adminiſtrandæ. Promptuarium cujuſque cruditatis recte dignoſcendæ, recteque curandæ. Ad quæ accedit Certitudinis Medicinæ curioſa & accurata conſtitutio. Venetiis, apud Ioan. Bapt. Combum, 1628, in fol.

Praxeos Medicæ Laconiſmi, quibus Enchiridion & Opuſcula inſunt. Ibid. 1636, in 4.

Enchi-

Enchiridion in quo de univerſa Febrium, earumque Symptomatum natura, cognitione, exactaque curatione agitur. Quod in duas dividitur partes, cum multarum difficilium quæſtionum enodatione pluriumque curationum affectuum valde exitialium, ægrotantium ſalute, adhibitarum, exhibitione. Venetiis, apud Marcum Anton. Brogiollum, 1636, in 4.

Opuſcula, in quibus de Veſicantium, Sinapiſmorum, Cucurbitularum ſiccarum, Ligaturæ dolorificæ, Frictionum, Lotionumque crurum ac pedum recta adminiſtratione. Ac de Aſthmate, & Orthopnœa, Pleuritidi legitimæ lethali ſupervenienti, admiſta, recte curanda. Atque de Definitionis Veneni Peſtilentis, jam ſtatutæ, faciliori dilucidatione accurate agitur. Venetiis, apud M. Ant. Brogiollum, 1636, in 4.

Subtilitatum veriloquia, in quibus proprietatum totius ſubſtantiæ, quæ occultæ ſpecificæque ſunt, patefactio promulgatur. Itidem de Colore, luce, lumine, perſpicuo, tranſpicuo, opaco, ac de aliis viſioni inſervientibus accurate agitur. Ad quæ Epiſtola de monſtri generatione accedit. Venetiis, apud Ducalem Pinellianum, 1638, in fol.

Magia Phyſica fœcunda cœleſti divinoque cultu perfuſa, trium noviſſimarum totius ſubſtantiæ ſapientiarum, ſimulque claves reconditiſſimæ adytorum naturæ omnium proprietatum divinarumque formarum hucuſque occultarum. Opus cunctis ſtudioſis curioſiſſimum, utiliſſimumque, in quatuor libros diſtinctum. In quibus de tota ſubſtantia, ac de tribus ejus noviſſimis ſapientiis accuratiſſime agitur. Venetiis, apud Marcum Anton. Brogiollum, 1639, in 4.

Ejuſdem, Magiæ Phyſicæ fœcundæ pars II & III. Venetiis, 1641. in 4.

De Veneno peſtilenti, ac de peſtilentia accurata, curioſa & utiliſſima tractatio unico libro abſoluta & illuſtrata. Præterea affectionum valde malignarum venturamque peſtem præcedentium ac prædicentium natura undique perpenditur. Venetiis, apud Iacobum Sarcinam, 1633, in 4.

VALERIVS de VALERIIS, *Venetus*

Aureum opus. in quo omnia ea breviter explicantur, quæ ſcientiarum omnium parens Raymundus Lullius, tam in ſcientiarum Arbore, quam Arte generali tradit. Auguſtæ Vindelic. apud Mich. Manger, 1589, in 4.

VALESCVS de TARANTA, *Monſpelienſis, Protomedicus Regis Franciæ Caroli* VI, *ſub quo claruit, & Sigiſmundo Cæſare atque Martino* V *Papa. A. C.* 1417. *VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic. Moreau de V. S. in Pleurit. Vixit circa A. C.* 1380.

Philonium Pharmaceuticum & Cheirurgicum de medendis omnibus, cum internis, tum externis humani corporis affectibus, ante CXXC annos concinnatum: nunc vero poſt Guidonis Deſiderii editionem, locis infinitis emendatum, varie auctum, notiſque illuſtratum, opera & ſtudio Ioannis Hartmanni Beyeri. Venetiis, apud Hæredes Octaviani Scoti, 1521, & 1523, in fol. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1599, in 4. Lugduni, 1500, in 4. apud Alemannum Trechſel, 1490, in fol. & apud Iac. Myt, 1526, in 8.

Medi-

Medicinalium obſervationum exempla rara cum Annotationibus Dodonæi. Extant cum ejuſdem Dodonæi obſervationibus. Coloniæ, apud Maternum Cholinum, 1581, in 8, pag. 289. Hardervici, 1621, in 8.

VARRO

De Re ruſtica fragmenta aliquot, extant in Γεωπονικῶν: ſeu de Re ruſtica ſelectorum lib. xx Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis. Ioan. Alex. Braſſicani opera in lucem editis; Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Iano Cornario interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1538, in 8.

VDALRICVS BINDER, *Germanus*

Epiphaniæ Medicorum. Speculum videndi urinas hominum. Clavis aperiendi portas pulſuum. Berillus diſcernendi cauſas & differentias febrium. Excuſæ, 1506, in 4.

Regimen Sanitatis, ſive Compendium tuendæ valetudinis, lib. duobus. Speculi phlebotomiæ, liber unus. De Simplicibus medicamentis lib. unus. Conjunctim 1510, in parvo fol.

VDALRICVS LEONORVS

Epiſtola ad Petrum Andr. Matthiolum, qua quæritur an Syrupi alvum dejicientes recte ſecureque dari poſſunt pluribus continuis diebus, in diuturnis præſertim morbis. Extat lib. III Epiſtol. Matth. pag. 366.

VEGETIVS RENATVS

Artis Veterinariæ, ſive Mulomedicinæ libri quatuor. Baſileæ, apud Ioan. Febrium, 1528, in 4: 1574, in 4. reſtituti Ioannis Sambuci opera.

VENCESLAVS LAVINIVS, *Moravus*

Tractatus de Cœlo terreſtri. Extat cum Cheiragogia Heliana Nicolai Nigri Hapelii. Marpurgi Cattor. apud Rudolphum Hutwelckerum, 1612, in 8.

VENDELINVS HOEK de BRACKENAV

Mentagra.

Ejuſdem de Curandis Vlceribus tractatus. Argentorati, 1514, in 4.

VESPASIANVS ROBINVS

Enchiridion Iſagogicum ad facilem notitiam ſtirpium tam indigenarum, quam Exoticarum. Pariſiis, apud Petrum de Breſche, 1623, in 8.

VGO

Super Quarta primi Avicennæ, cum Tabula, cum Annotationibus, Iac. de Partibus. Venetiis, 1516, in fol.

VICTORINVS SCHOENFELDT

Conſilia Medica extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francofurti, apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

De Dyſenteriæ curatione liber. Francof. apud hæredes Egenolphi, 1584, in 8.

VICTOR de BONAGENTIBVS

Problemata decem de Peſte. Venet. apud Vinc. Valgriſium, 1556, in 8.

VICTOR CARDELINVS, *Baſſanenſis*

De Origine Fœtus libri duo. In quibus præter cætera luculentis Græcorum Auctoritatibus calidum à calore dirimitur. Ac expenditur, quod utrumque apud eoſdem ſignificet cum adjectione innati, vitalis, naturalis,

turalis, genitalis, & animalis. Quidve ſit archigonum. Vincentiæ, apud hæredes Dominici Amadei, 1628, in 4.

VICTOR GISELINVS

Epiſtola de Hydrargyri uſu ad Martinum Everartum, extat cum Ioan. Fernelii de lue venerea libro à ſe primum edito, Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1579, in 8.

VICTOR MANGGVS, *Schrattenthalenſis*

De Lue Venerea Diſputatio. Extat Decade IV Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1620, in 4.

VICTOR PALLV, *Turonenſis*

Stadium Medicum ad Lauream Scholæ Pariſienſis emenſum. Pariſ. apud Ioh. Camuſat, 1630, in 8.

Quæſtiones tres. I, An Epicraſeos lex excludat omnem omnino phlebotomiam, & Catharſin? II, An dentium dolori quid conferat Tabacum? III, An Riſus vitam producat? Additus eſt Panegyricus funebris Caroli Pariſienſis. Turonibus, 1642, in 8.

VICTOR TRINCAVELLIVS, *Venetus Senator & Medicus. Succeſſor Montani. Floruit A. C. 1551. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit. Secundum Iuſtum in Chronolog. Medic. Floruit Medicus, apud Venetos, in magna gratia A. C.* 1522.

Omnia Opera, partim ex diverſis editionibus in unum collecta, partim nunc primum in lucem emiſſa, ac in duos tomos digeſta, ſumma cum diligentia nunc correcta, & impreſſa. Lugduni, apud Iuntas, 1586, 1592, in fol. Venetiis, 1599, in fol.

Tomo primo hæc continentur:

Explanationes in Galeni libros de Differentiis febrium, item

In priorem librum de Arte curandi ad Glauconem.

Tractatus pulcherrimus de Febre peſtilenti.

Prælectiones ejuſdem de Ratione curandi omnes humani corporis affectus, in duodecim libros diſtinctæ. His præmiſſa ſunt

Laurentii Marucini Medici de optimi Medici Victoris Trincavellii Vita ad Opt. Med. Ioannem Antonium Siccum.

Beliſarii Gadaldini Med. Veneti ad Studioſos Medicinæ Præfatio.

Tomo ſecundo:

De uſu & compoſitione medicamentorum, libri IV.

Exercitationes familiares in ſecundum librum Prognoſticorum Hippocratis & Galeni nunc primum in lucem editæ.

Conſiliorum Medicinalium libri III.

Epiſtolarum Medicinalium libri III.

Quæſtio de vena ſecanda in Pleuritide, & aliis viſcerum internorum inflammationibus.

Quæſtio de Reactione juxta doctrinam Ariſt. & Averrois.

His præmiſſa eſt Oratio Dominici Caſtelli habita in funere Victoris Trincavellii Medici præſtantiſſimi, x Calend. Septembris.

Seorſim extant:

Controverſiarum medicinalium practicarum libri quinque. Quibus quæſtiones maxime controverſæ & abſtruſæ, doctrinam imprimis de ſanguinis miſſione innoxia, concernentes, dexterrime explicantur, & enodantur.

dantur. Opus poſthumum, raræ & reconditæ eruditionis ac utilitatis. Francof. apud Nicol. Rothium, 1617, in 4.

Conſilia medica per locos communes digeſta. Epiſtolæ item Philoſophicis & Medicis quæſtionibus inſignitæ expolitæque. Acceſſere tractatus tres; De Reactione, de Venæſectione in Pleuriticis, &c. De Febre peſtilentiali plane novus. Baſileæ, apud Conrad. Waldkirchium, 1587, in fol.

Conſilia tria Muliebria, extant in Gynæciorum libris, ab Iſr. Spachio editis, pag. 330.

An in morbi initio ante concoctionem purgare tunc ſolum liceat, cum materia turget, Epiſtola. Patavii, apud Petr. Anton. Alciatum, 1567, in 8.

De cognoſcendis curandiſque morbis tam externis, quam internis, opus elaboratiſſimum. Baſileæ, apud Ludov. König, 1607, 1629, in 8.

De Vena in Pleuritide, cæteriſque internorum inflammationibus ſecanda rudimentum. Patavii, apud Grat. Perchacinum, 1463, in 8.

Quæſtio de Reactione juxta doctrinam Ariſtotelis & Averrhois. Patavii, apud Gratioſum Perchacinum, 1556, in 8.

De compoſitione & uſu medicamentorum Libri IV. Venetiis, apud Borgominerios fratres, 1571, in 4. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1571, in 8.

In Galeni libros de differentiis febrium; atque in priorem de arte curandi ad Gelauconem explanationes: una cum tractatu de febre peſtilentiali. Beliſari Gadaldini diligentia nunc primum in lucem editæ. Venetiis, 1575, in fol.

Galeni, de Conſtitutione Artis medicæ ad Patrophilum interpretatus eſt. Item De Elementis. Item Ejuſdem Commentaria, in Lib. Hippocratis de Natura Humana. Item Lib. De Plenitudine. Item Contra eos, qui de Typis ſcripſerunt. Lib. De Natura humana.

VIDVS ANTONIVS SCARMILIONIVS, *Fulginas*

De Coloribus libri duo. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1601, in 8.

VIDVS VIDIVS *Florentinus, Floruit circa A.C. 1570. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit. Secundum Iuſtum in Chronol. Medic. Claruit Profeſſor Medicinæ in Academia Pariſienſi doctiſſimus, ſub Franciſco Gallorum Rege, A. C.* 1530.

Ars Medicinalis, in qua cuncta quæ ad humani corporis Valetudinem præſentem tuendam, & abſentem revocandam pertinent, Methodo exactiſſima explicantur. Quæ per Vidum Vidium juniorem diligentiſſime recognita, ac multis quæ ad eam perficiendam deſiderabantur partibus aucta, diuque expetita, nunc primum tota ſimul in lucem prodit. Venetiis, apud Iuntas, 1611, in fol. III tomis. Francof. apud Aubrios, 1626, 1645, in fol.

Tomus Primus. In quo continentur

Inſtitutionum Medicinæ, Lib. III.
De tuenda Valetudine generatim, Lib. VI.
De tuenda Valetudine membratim, Lib. XIV.

Tomus Secundus. In quo continentur

De Curatione generatim Partis primæ, Lib. XVII.
De Curatione generatim Partis ſecundæ, Lib. XVII.
De Curatione membratim Vidi Vidii junioris lib. XI. In quibus Methodo exactiſſima traditur cognitio, ac curatio omnium Affectuum præter naturam ad quaſcunque humani corporis partes pertinentium.

Tomus Tertius. In quo continentur

De ratione Victus, Lib. VIII.
De Medicamentis, Lib. VIII.
De Chirurgia, Lib. IV.
De Anatome, Lib. VII. Tabulis LXXVIII, in æs inciſis illuſtrati & exornati.

Seorſim extant:

De Febribus lib. ſeptem. Quibus accedunt Inſtitutionum medicinalium lib. tres. Florentiæ, apud Sermatellium, 1585, in 4. Patavii, apud Mejettum, 1591. 1595, in 4. Cum Ludovici Mercati de Febre puncticulari libro, & Matthæi Curtii compendio de Febribus.

De Curatione generatim pars prima, in qua rerum præter naturam ad humanum corpus pertinentium cognitio ac curatio in univerſum methodo exactiſſima traditur. Florentiæ, apud Sermatellium, 1587, in 4.

De Curatione generatim Partis ſecundæ ſect. duæ. In quibus methodo exactiſſima traditur cognitio ac curatio omnium affectuum præter naturam, ad quaſcunque humani corporis partes pertinentium. Florentiæ, apud Sermartellium, 1594, in fol. Vtraque pars conjunctim Francof. apud Wechelos, 1596, in fol.

De Curatione generatim partis ſecundæ, ſectio ſecunda, diligentiſſime à Vido Vidio juniore recognita, ſeorſim excuſa Venetiis 1586, in 4.

Chirurgia, è Græco in Latinum à ſe converſa, cum commentariis propriis & Galeni. Lutetiæ, apud P. Galterium, 1544. in fol.

Hujus hæc ſunt argumenta.

Hippocratis libri de Vlceribus, de Vulneribus capitis, cum Vidi Vidii in ſingulos Commentariis.
Hippocr. de Fracturis, cum tribus Galeni commentariis.
De Articulis, cum ejuſdem quatuor commentariis.
De Officina Medici, cum ejuſdem tribus commentariis.
Galeni de Faſciis liber.
Orbaſii de Laqueis & machinamentis libellus. Quæ Vidus omnia tranſtulit.

De Anatomia Corporis Humani Libri VII. Venetiis, 1611, in fol.

De Curatione membratim Vidi Vidii junioris, Lib. XI. Venetiis, 1611, in fol. Florentiæ, eadem forma. Francofurti apud Wechel. 1596, in fol.

VINCENTIUS ALSARIUS à CRUCE, *Genuenſis*

De Morbis Capitis frequentioribus, quorum cognitio, & curatio ita traduntur, ut ad alios etiam cognoſcendos, & curandos mirifice conducant: hoc eſt, de Catharro, Phrenitide, Lethargo, & Epilepſia, ſeu Comitiali morbo lib. ſeptem. Romæ, apud Guiliel. Facciottum, 1617, in 4. Venetiis, 1619, in 4.

Epho-

Ephemeridum, id eſt Diuturnarum obſervationum libri duo priores & poſteriores. Bononiæ, 1641, in 4.

De Verme admirando per nares egreſſo Commentariolum ad Fulvium Angelinum, cum hujuſdem de eodem brevi diſcurſu, Rovennæ, apud hæredes Petri Ioannelli, 1610, in 4.

De Epilepſia, ſeu Comitiali morbo Lectionum Bononienſium libri tres; in quibus præter magni illius morbi Theoriam, hoc eſt Definitionem, ejuſque probationem, differentias, cauſas, & ſigna, veterum quoque loca explanata, Neotericorum errores detecti, multaque demum juxta Medicorum, Philoſophorumque mentem haud injucunde diſputata reperiuntur. Venetiis, apud Danielem Zanettum, 1603, in 4.

De Quæſitis per Epiſtolam in Arte Medica Centuriæ quatuor. Vbi varii Caſus, Obſervationes, Conſilia, Reſponſa, Diſputationes, atque Curationes, non ſine promiſcua Doctrina deſcribuntur. Venetiis, apud Iuntas, 1622, in fol.

Veſuvius Ardens, ſive Exercitatio Medico-Phyſica ad Πυρκαϊάν, id eſt, Motum & Incendium Veſuvii Montis in Campania, XVI Menſis Decembris, Anni MDCXXXI, Libris II comprehenſa. Romæ, apud Guil. Facciottum, 1632, in 4.

Diſquiſitio generalis de Fœtu Nonimeſtri, parvæ adeo molis, ut vix Quadrimeſtris appareret, in Adoleſcentula Primi para. Romæ, 1627, in 4.

Conſultatio Medica pro Adoleſcente Oblivione & Surditate laborante. Romæ, 1629, in 4.

Conſilium Prophylacticum à Lue Peſtifera. Romæ, 1631.

De Hæmoptyſi ſeu Sanguinis Sputo Liber. Romæ, 1633, in 4.

VINCENTIVS BARONIVS, *Meldulenſis*

De Læſione operationis mejendi. Papiæ, 1604. in 4.

De Pleuripneumonia anno Domini MDCXXXIII, & aliis temporibus Flaminiam aliaſque regiones populariter infeſtante, ac à nemine hactenus obſervata, libri duo. Forolivii, apud Ioan. Cimattium, 1636, 1638, in 4.

VINCENTIVS BVRGVNDVS, *Bellovacenſis*

Speculum quadruplex, Naturale, Doctrinale, Morale, Hiſtoriale. In quo totius Naturæ Hiſtoria, omnium ſcientiarum Encyclopædia, moralis Philoſophiæ Theſaurus, temporum & actionum humanarum Theatrum ampliſſimum exhibetur; ita ex optimorum auctorum elegantiſſimis ſententiis inter ſe concatenatis contextum opus, ut nihil videri laborioſius, nihil ad ſapientiam utilius, nihil denique ad honeſtam animi voluptatem inveniri poſſit jucundius. Omnia nunc accurate recognita, diſtincte ordinata, ſuis unicuique autori redditis exacte ſententiis; ſummariis præterea & obſervationibus, quibus antea carebat, illuſtrata. Opera & ſtudio *Theologorum Benedictinorum Collegii Vedaſtini in alma Academia Duacenſi*. Duaci, apud Balthaz. Bellerum, 1624, in fol. 4 voll.

In his quæ ad Medicinam ſpectant, ſunt Speculi Naturalis, ſeu Tomi primi

Lib. IV, De variis quæ ad Aërem ſpectant, de Melle, Manna, Ladano, Evaporationibus, Odoribus, Aëris temperie, & Peſtilentia.

Lib. V, De Aquæ proprietatibus, differen-

differentiis, notis. De Balneis, aquis medicatis, his quæ generantur ex aquis.

Lib. VI, De Terræ conditionibus, generibus, quæ ad Agriculturam ſpectant, quæ è terra ad uſus medicos ducuntur.

Lib. VII, de Mineralibus, metallis, & metallaribus, variiſque eorum chymicis præparationibus.

Lib. VIII, De Lapidum hiſtoria, & quæ eo referuntur.

Lib. IX, de Plantis incultis alphabetico ordine.

Lib. X, De Herbis hortulanis, hortorumque cultura.

Lib. XI, De Seminibus herbarum, & earundem ſuccis ordine etiam Alphabetico.

Lib. XII, De Arboribus in generali, & de Sylveſtribus ſpeciatim.

Lib. XIII, De Arboribus frugiferis, & aromaticis, de Reſinis, Saccharo, & Penidiis.

Lib. XIV, De Fructibus arborum, de fructuum Succis, Oleis, Vinis, Agreſta, aliiſque.

Lib. XVI, de natura Avium, tum volatilium, tum aquatilium.

Lib. XVII, De Piſcibus, & quæ ad eos referuntur.

Lib. XVIII, De Animalibus, & quæ ad ea ſpectant.

Lib. XIX, De Beſtiis.

Lib. XX, De Reptilibus, Serpentibus, eorumque venenis, atque horum remediis, de Vermibus, de Apibus, & de Melle, & cæteris Inſectis.

Lib. XXI, De Animalium natura generatim, eorum partibus, & excrementis.

Lib. XXII, De variis ad Animalia pertinentibus, & de ſuperfluis humiditatibus Animalium, de Lacte, & quæ ex eo.

Lib. XXIII. ad XXVII, de Anima, & quæ ab ea procedunt functionibus variis.

Lib. XXVIII, De Homine, Corpore humano, ejuſque partibus.

Lib. XXXI, De Generatione hominis, & quæ circa hanc veniunt conſideranda, Partu, Educatione infantis, aliiſque.

Speculi Doctrinalis, ſive Tomi ſecundi

Lib. VI, De Hortorum cultura univerſim, & ſpeciatim de ſingulis, quæ inde peti debent.

Lib. XI, De Alchimia, & quæ huc referuntur.

Lib. XII, de Practica Medicinæ univerſa.

Lib. XIII, De Theorica Medicinæ tota.

Lib. XIV, De cunctis ſpeciebus ægritudinum, ac de Signis particularibus & cauſis earum.

Lib. XV, Præter alia, de humoribus aëreis, rore, melle, ladano, manna: de corporibus mineralibus: de lapidibus & metallis à natura generatis: de alumine, cæteriſque mineralibus: de plantis in generali: de herbis: de ſpeciebus herbarum: de arboribus: de ſpeciebus arborum: de arboribus aromaticis: de natura animalium in genere, & ſpecie: de ſerpentibus: de vermibus: de piſcibus: de avibus: de homine, & ætatibus hominis.

VINCENTIVS CALZAVELIA, *Brixianus*

De Theriacæ abuſu in febribus peſtilentialibus tractatus. Brixiæ, apud Vincentium Sabienſem, 1570, 1586, in 4.

VINCENTIVS CANTONIVS

Epiſtola de Monachorum quorundam in Matthiolum Animadverſionibus. Extat lib. I Epiſt. Matth. pag. 45.

VINCENTIVS de CARELLIS, *Lucenſis*

De Auri eſſentia & ejus facultate in medendis ac ſanandis morbis compendium, ex relatis à ſapientiſſimis ſecretorum Spagiricæ diſciplinæ ſcrutatoribus. Venetiis, ſub ſigno Minervæ, 1646, in 8.

VINCENTIVS CARRARIVS, *Ravennas*

De Medico, & illius erga ægrum officio, Opuſculum. Ravennæ, apud Andream Miſeroccum, 1581, in 4.

VINCENTIVS CASALIS, *Brixianus, Excellens Medicus. Vixit circa A. C. 1556. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Explicatio medicamentorum ſimplicium, ac eorundem compoſitio ex Ioanne Baptiſta Montano excepta. Patavii, 1553, in 8. ibid. 1573, in 8.

VINCENTIVS MOLES, *Valentinus*

De Morbis, quorum mentio fit in Sacris literis. Matriti, 1642, in 4.

VINCENTIVS MVSTELIVS

Ad ſupremum & ſacroſanctum Galliarum Senatum de vitanda morbi Peſtilentis contagione Admonitio. Pariſiis, apud Michaelem Vaſcoſarium, 1545, in 8.

VINCENTIVS de PETROGONE OCIOSVS, *Neapolitanus*

Literarium duellum inter Salernitanos & Neapolitanos Medicos, in quo de Inteſtinorum phlegmone controvertitur caſus. Vna cum Michaëlis Roccii apologia, & alio ejuſdem Auctoris literario addito de Hepatis inflammatione duello. Venetiis, apud Bertanos, 1647, in 4.

VINDANIONIVS

De Re ruſtica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν: ſeu, de Re ruſtica ſelectorum lib. xx Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis. Ioan. Alex. Braſſicani opera in lucem editis; Baſileæ, apud Robert. Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Iano Cornario interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

VINDICIANVS, *Comes Archiatrorum, Medicus Græcus, & Præceptor Octavii Horatiani. Archiater Valentiniani Imperatoris. Floruit circa A. C. 370, VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medicorum.*

Epiſtola de Medicina extat cum Medicis antiquis, Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. pag. 86. ✠.

VITALIS de FVRNO, *Medicus clarus A. C. 1486, Iuſtus in Chronol. Medic.*

De conſervanda ſanitate, tuendaque proſpera valetudine, ac totius humani corporis ſalutarium remediorum curationumque, liber. Moguntiæ, apud Ivonem Scheffer, 1531, in fol.

VITRVVIVS ROSCIVS, *Parmenſis*

De Aquis excerpta extant in Opere Veneto de Balneis, pag. 227.

VIVIANVS VIVIANI

De Peſte Apologia. Venetiis, 1633, in 4.

VLRICVS BOLLINGERVS

Elegia de vera antiqua philoſophica Medicina, & Encomium Wetteræ Athenarum Haſſiæ. Excuſa cum Baſilica Chymica Oſualdi Crollii, Francof. apud Claud. Marnium, 1609, in 4.

VLRICVS de HVTTEN, *Germanus*

De Guajaci medicina, & Morbo Gallico liber unus. Moguntiæ, apud Ioan. Scheffer, 1519, in 4. ibid. 1531, in 8. & tomo 1 Operis de Morbo Gallico, pag. 239.

Febris, prima & ſecunda, Dialogi. Moguntiæ, apud Ioa. Scheffer, 1520, in 4.

VLRICVS RIETMANNVS

Diſputatio de Anorexia. Extat decade VII Diſputationum Baſilienſ. 1631, in 4.

VLYSSES ALDROVANDVS, *Bononienſis, probata doctrina & magna expectationis Medicus. Vixit circa A. C.* 1554. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Ornithologiæ, hoc eſt, de Avibus hiſtoriæ libri XII. Agunt de Avibus rapacibus. Bononiæ, apud Franciſcum de Franciſcis, 1599, in fol.

Ornithologiæ tomus alter, comprehendens Librum XIII, uſque ad XIX excluſive. Agit de Avibus terreſtribus, menſæ inſervientibus, & canoris. Bononiæ, apud, Ioan. Bapt. Bellagambam, 1600, in fol.

Ornithologiæ tomus tertius ac poſtremus, continens librum XIX & XX. Agit de Avibus aquaticis, & circa aquas degentibus. Bononiæ, apud eundem, 1603, in fol. Francof. apud Treudelium, 1621, in fol. uno vol.

De Animalibus Inſectis libri ſeptem, cum ſingulorum iconibus ad vivum expreſſis. Bononiæ, apud eundem, 1620, in fol. Francof. apud Ioan. Treudelium, & apud Ioan. Hoferum, 1623, in fol.

Hiſtoriæ Serpentium & Draconum libri duo, in folio.

De Quadrupedibus Solidipedibus Volumen integrum, Ioannes Cornelius Vterverius collegit, & recenſuit: Hieronymus Tamburinus in lucem edidit. Bononiæ, apud Vict. Benatium, 1616, in fol. Francof. apud Treudelium, 1622, in fol. Ibidem apud Ioan. Hoferum, 1623, in fol.

Quadrupedum omnium Biſulcorum hiſtoria, Ioan. Corn. Vterverius colligere incepit. Thomas Dempſterus perfecte abſolvit. Hier. Tamburinus in lucem edidit. Bononiæ, apud Bellagambam, 1613, in fol. Francof. apud Caſp. Roetelium. 1647, in fol.

De Piſcibus libri quinque, & de Cetis liber unus. Ioan. Corn. Vterverius collegit. Hier. Tamburinus in lucem edidit. Bononiæ, apud Bellagambam, 1613, in fol. Francof. apud Ioa. Treudel. 1623, & apud Caſp. Roetelium, 1640, in fol.

De reliquis Animalibus exanguibus libri quatuor, nempe de Mollibus, Cruſtaceis, Teſtaceis, & Zoophytis. Bononiæ, apud Bellagambam, 1606, in fol. Francof. apud Treudelium, & apud Ioa. Hoferum, 1623, in fol.

De quadrupedibus digitatis viviparis, Libri tres. & de Quadrupedibus digitatis oviparis, libri duo. Bartholomæus Ambroſinus collegit. Bononiæ, apud Nicol. Tebaldinum, 1637, in fol.

Monſtrorum hiſtoria, cum paralipomenis omnium animalium. Barthol. Ambroſinus in patrio Bonon. Archigymnaſio ſimpl. Med. Profeſſor Ordinarius, Muſæi Illuſtriſſ. Senatus Bonon. & Horti publici Præfectus labore & ſtudio volumen compoſuit. Marcus Antonius

Bernia

Bernia in lucem edidit propriis ſumtibus. Bononiæ, apud Nicol. Tebaldinum, 1642, & 1646, in fol. Tomis XII.

Muſæum metallicum. Bononiæ, apud Ioa. Baptiſtam Ferronium, 1648, in fol. cum Figuris.

Vopiscus Fortunatus Plempius, *Amſtelredamenſis*

Ophthalmographia, ſive Tractatio de Oculi fabrica, actione, & uſu præter vulgatas hactenus Philoſophorum ac Medicorum opiniones. Amſterodami, apud Hen. Laurentii, 1632, in 4. Lovanii, apud Hier. Nempæum, 1648, in fol. Cui editioni præter alia acceſſere affectionum ocularium curationes.

De Fundamentis Medicinæ libri ſex, acribologia ſcholaſtica accurati. Lovanii, apud Iac. Zegerſium, 1638, in 4. apud ejuſdem Viduam, 1644, in fol. Editio altera recognita, interpolata, aucta. Acceſſit Danielis Vermoſtii Breve apologema pro Authore adverſus dicteria & ineptias cujuſdam Κυνὸς. Ejuſdem reſponſio ad Confutationem Apologematis. Editio tertia, cui acceſſere Doctorum aliquot, in Academia Lovanienſi Virorun judicia, de Philoſophia Carteſiana, impreſſa eſt Lovanii, Typis Hieron. Nempæi, 1653, in fol.

Animadverſio in veram praxin curandæ tertianæ, propoſitam à Doctore Petro Barba, Regiæ Majeſtatis, & Sereniſſimi Hiſpaniarum Infantis Ferdinandi (luge Belgica!) cubiculario Medico, &c. Lovanii, apud Iac. Zegerum, 1642, in 4.

Volcherus Coiter, *Groninganus*

De Cartilaginibus Tabulæ. Bononiæ, apud Ioan. Roſſium, 1566, in fol.

Externarum & internarum principalium humani corporis partium Tabulæ, atque Anatomicæ Exercitationes, Obſervationeſque variæ, novis, diverſis, ac artificioſiſſimis figuris illuſtratæ. Norimbergæ, apud Theodoricum Gerlachium, 1573, in fol.

Diverſorum animalium ſceletorum explicationes, iconibus artificioſis & genuinis illuſtratæ, quæ omnia loco appendicis Anatomicarum exercitationum prius editarum inſervire utiliter poterunt. Extant cum Lectionibus Gabr. Fallopii de Partibus ſimilaribus ab eoden Volchero Coiter collectis. Noribergæ, apud Theodoricum Gerlachium, 1575, in fol.

Oſſium Infantis hiſtoria. Extat cum Henrici Eiſſonii tractatu de Oſſibus, 1659, in 12.

W.

Wenceslaus Payer de Cubito

Tractatus de Thermis Caroli IV Imper. ſitis prope Elbogen & Vallem S. Ioachimi. Conſilium de Peſte ejuſdem. Lipſiæ, apud Val. Schumannum, 1522, in 4. Lipſiæ, apud Thom. Schurerium, 1614, in 8. adjectis à Michaële Reudenio ejuſdem argumenti Epiſtolis clariſſ. quorundam Medicorum.

Wendelinus Sibilista

Manuale Hermeticum. Wolferbyti, 1655, in 4.

WENDELINVS HOCK, *de Brachenau*

Mentagra, ſive tractatus de cauſis, præſervativis, regimine & cura Morbi Gallici, vulgo *Mala Françoſa*. Item, Tractatus, de curandis ulceribus morbum hunc utplurimum conſequentibus. Venetiis, apud Octavianum, 1502. Argentorati, apud Hen. Sybold, 1514, in 4. & tomo 1 Operis de Morbo Gallico, pag. 268.

WILHELMVS DAVISSONVS, *Scotus*

Philoſophia Pyrotechnica, ſeu Curriculus Chymiatricus, nobiliſſima illa & exoptatiſſima Medicinæ parte Pyrotechnica inſtructus, multis, iiſque haud vulgaribus obſervationibus adornatus, & ab ipſis primis, Phyſicæ, Theoreticæ, & Practicæ Elementis, inexpugnabili demonſtratione illuſtratus, artificioſam novamque rerum naturalium ſpeculationem, & in uſus medicos præparationem, & adminiſtrationem in ſe continens. In quo adminiculo διακρίσεως & συγκρίσεως Chymicæ, ex Veget: Animal: & Miner: Familia petitæ, veræ & legitimæ rerum cauſæ deprehenduntur, ipſa αὐτοψία demonſtrantur, cum recentiorum, tum veterum omnium Philoſophorum autoritate confirmantur. Hactenus ab omnibus hujus ſeculi Chymicis, aut in ſimili ſtudii genere ſeſe exercentibus, deſideratus; nunc autem ſolidis & inconcuſſis radicibus ſtabilitus, aſſiduo ſtudio, & longa rerum praxi exaratus. Pariſiis, apud Ioa. Beſſin, 1635, in 8.

WOLFFIVS GEVSS, *Norinbergenſis*

Methodus curandorum morborum mathematica: qua morborum depellendorum ex Aſtrorum concordanti influxu ratio certa oſtenditur. Francof. apud Anton. Hummium, 1613, in 4.

WOLFGANGVS AMBROSIVS FABRICIVS

De Signaturis Plantarum. Noribergæ, 1653, in 4.

WOLFGANGVS FRANZIVS

Hiſtoria Animalium Sacra. Wittebergæ, 1624, in 8.

WOLFGANGVS GABELCHOVERVS

Curationum & obſervationum medicinalium Centuriæ ſex. quarum IV priores edidit Tubingæ, Ioan. Bernerus, 1611, 1612, reliquas Phil. Brunnius, 1627, in 8.

Expoſitio Latina, ex Italico cum Annotationibus, & Obſervationibus, Andr. Buccii de Gemmis & Lapidibus pretioſis. Acceſſit Diſputatio, de Generatione Auri, & ejus Temperamento. Francofurti, apud Matth. Beckerum, 1603, in 8. apud Ioh. Davidem Zumerum, 1643, in 8. Ejuſdem Baccii Interpretatio de Alce; Cornu Monocerotis. Stutgardiæ, in 8.

WOLFGANGVS HÖFERVS

Herculis Medici, ſive Locorum communium Medicorum tomus primus. Viennæ, 1657. in 4.

WOLFGANGVS IVSTVS, *Francofordianus*

Chronologia ſive Temporum ſupputatio, omnium illuſtrium Medicorum, tam Veterum, quàm Recentiorum, in omni linguarum cognitione, à primis artis Medicæ Inventoribus & Scriptoribus, uſque ad noſtram ætatem & ſeculum. Francofurti ad Viadrum, apud Ioan. Eichorn, 1556. in 8.

WOLF-

WOLFGANGUS MEURERUS. *Philoſophus & Medicus præſtanti eruditione, Profeſſor Gymnaſii Lipſienſis. Vixit circa A.C.1550. Illuſtus in Chronol. Medic.*

Conſilia varia Medica. Extant eo in opere, quod Ioannes Philippus Brendelius collegit & edidit Francofurti, apud Palthenium, 1615, in 4.

WOLFGANGUS SATLERUS, *Baſileenſis*

De jure & privilegiis Medicorum. Baſileæ apud Genathium, 1610, in 4. Extat Dec. III. Diſputationum, quas edidit Baſileæ, Ioan. Iacob. Genathius, 1618, in 4.

WOLFGANGUS SEBERUS, *Sulanus*

Iul. Pollucis Onomaſticon, indicibus novis, & Notis locupletavit.

WOLFGANGUS WALDUNGUS, *Noricus*

Lagographia, ſeu de Natura leporum, quæ priſci autores & recentiores prodidere, quidve utilitatis in re Medica ab iſto quadrupede percipiatur, liber ſingularis. Ambergæ, apud Schönfeldium, 1619, in 4.

WOLFGANGUS WINTPERGER

De Balneis excerpta, extant Operis Veneti de Balneis pag.290.

X.

XENOCRATES

De Alimento ex Aquatilibus animantibus libellus, Græce nunc primum editus imperfectus. Idem Latine perfectior, Ioan.Bapt.Raſario interprete. Accedunt Conr.Geſneri Scholia, in ea Xenocratis quæ Græce hic damus: & eorundem interpretationem Latinam. Extat cum Iani Dubravii de Piſcinis, & Piſcium naturis, lib. 5. Tiguri, apud Geſneros FFR. 1559. in 8.

XENOPHON

De Re ruſtica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν: ſeu de Re ruſtica ſelectorum lib.xx.Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis. Ioa. Alex. Braſſicani opera in lucem editis; Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539. in 8. Latinis autem, Iano Cornario interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

Z.

ZACHARIAS BRENDELIUS *Ienenſis*

Tractatus de inductorum purgantium viribus, doſi &c. Ienæ, in 4.

Chymia in artis formam redacta, & publicis prælectionibus Philiatris in Academia Ienenſi communicata, ubi præter Methodum addiſcendi ἐγχειρήσεις chymicas facillimam & plurimorum medicamentorum correctionem varii diſcurſus chymici reperiuntur, quorum agmen claudit accurata diſquiſitio de famoſiſſima præparatione Auri potabilis. Ienæ, apud Ioan.Reiffenbergerum, 1630, in 12. & ibidem, Revidente Wernero Rolfinck, 1641, in 8.

ZACHARIAS CAIMUS

Conſilia quædam Medica extant eo in opere, quod Ioſephus Lautenbachius collegit. Francofurt. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4.

Ioh. Hartmanni Diatriben De uſu Medico Microcoſmi evulgavit.

ZACHARIAS GEITZCOFLER, *à Geilenbach*

Calculi Veſicæ ſingularis hiſtoria. Extat Cent. I. Epiſt. Guil. Fabr. Hildani. Oppenheimi, apud Ioan. Theodor. de Bry, 1619, in 4. pag. 217. Francof. 1646. in fol.

Molæ, & eam ſequentium ſymptomatum ſingularis hiſtoria. Extat ibidem, pag. 328.

ZACHARIAS à PUTEO, *Feltrenſis*

